Digitized by Google

C 4/21.

6
22-c
8

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
19 G
17

[Bi]bliotheca
[Ma]j. Coll. Rom.
Societ. Jesu

6.22.c.8

21-c-44

21
c
51

21.1.8

C. BARTHI.

FABULARUM ÆSOPIARUM LIBRI V.

PHOENIX.
PSALMI XVII.
EROTOPAEGNION.
SATIRA IN BAVIUM.
ALCAEUS LATINUS.
ELEGIARUM LIB. IV.
JAMBORUM LIB. II.
LYRICORUM LIB. II.

BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV

FRANCOFVRTI.
Typis Wechelianis, Sumptibus Danielis ac Davidis Aubriorum, & Clementis Schleichij.

ANNO M. DC. XXIII.

Digitized by Google

AMICO LECTORI.

PŒMATA quædam Iuvenilia mea, multis crebro deſiderata, poſt longum ſcriptorum tempus, ecca tamdem tibi, LECTOR AMICE. Multa hîs inſunt quæ tum commodè legiſſes cum ſcripta recens fuerunt, quæ gratiam fortaſſe tot annorum ſitu, aut ejus ſaltim partem aliquam, amiſerunt: Ego in eo eram uti omnia una ſpongia inducerem, ſed obſtiterunt amicorum etiam amaræ expoſtulationes, qui publico tam diu deſiderata non invidenda convicio perſuaſerunt. Multa inſunt quæ pro meis minimè defendam, præcipuè quæ acerbius quoſdam invehunt, & felle quodam ſubfundunt: qualis eſt Satira iſta, quam omnino ſuppreſſam decebat, & ego pro à me ſcripta non habeo: nec cuiquam inibi ſcripta vellicaturo reſpondebo, cum deleturus fuerim totam, ſi ulla ratione id negotii conficere datum fuiſſet. Sunt in Panegyrico Scaligeri quædam pariter nunc à me non agnoſcenda: qui in ſumma adoleſcentia quorumdam doloſis ſuaſionibus adactus ſum in ipſius adverſarios calamum ſtringere, quod ſanè nunc, juventutem maturam adeptus, minimè equidem facerem: & de hac papyro proclamo, me invito omnia legi quæ quemcunq; hominem litteratum offendere poſſint. Litteratum dico, quo nomine excludit ſeſe ipſemet Bavius ille, quo homine nihil impudentius & inſcitius tum habuit hic noſter orbis, quemq; aliquo modo depictũ coloribus ſuis Poſteritati oſtendi interfuerit noſtræ univerſæ ævitatis. Cætera ita legat æquus examinator ut, præter pauciſſima, intra XX ætatis annum à me conſcripta omnia meminerit: nunc vero tanti fieri, ut malim abolita quam in oras lucis producta: Quo uno [illegible] omnium invidia facilè poterit ſedari & abſpelli. VALE.

C. BARTHI

FABULARUM ÆSOPIARUM.

LIBER I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

I.

Aper & Equus.

EQVVS levare quo ſueverat ſitim,
In hoc aper, vado lavans
Luto inquinavit atque turbidum dedit,
Ferum momordet hoc malè.
Virum ergo adit, ſua inque terga ſublevans
Aprum dare edocet neci.
Equo potitus utilemque ſentiens,
Domare eum, Vir, inſtitit.
Ita ille ſervitute vendidit ſuâ
Necem hoſtis; eſtque ſub manu.
Dolo nocere ſæpè niſus alteri
Sibipte fabricat malum.

II.

Cicada & Noctua.

Cicada multa Noctuæ mala ingerens
Strepebat abſonis modis,
Eamque noctuinum habere nomen, &
Idem omen; eſſe nil niſi
Tenebrionem; amare ſe merum diem
Apollinis lyræ æmulam.

Digitized by Google

Rogabat illa conticeret : iſta jam
Furebat horridè magis.
Rogabat denuò, incitabat denuo
Cicada denuò ſonum.
Dolum ergo machinata Noctua eſt eis,
Ego autem inepta, dictitans,
Apollinis tenerrimam quæ aviculam
Tacere juſſerim; cane
Cane ô deſerta: Nectaris mihi hoc die
Minerva poculum dedit,
Tuum remunerabor hoc ego melos
Lepôre ductum amabili.
Cicada credit ante ſemimortua
Siti, adque Noctuam venit.
Cavo evolans eam necavit, atque ſi
Dolo ulta, Noctua, eſt bono
Malo bonos laceſſere auſa carmine
Meretur opprimi cohors.

III.

Rana & bos.

Palude, Rana, viderat ſuâ vacans
Bovem; atque magnitudinem
Feri æmulata maximum dedit Sonum;
Rogatque filios, modo
An eſſet ipſa par bovi amplitudine?
Negantibus, vice alterâ
Cutem canore prorſus inflat abſono
Rogatque denuo, ut prius.
Negantibuſque ut ante; rupta tertio
Labore, peſſimè perIt.
Inops potentis æmulator interit
Domeſtica Superbia.

IV.

Digitized by Google

IV.

Duæ Ollæ.

Duæ Ollæ ab omne raptæ abiverant vago
Ahenea atque fictilis.
Ibi infit æneâ; ô ſoror, latus tuum
Meo venito jungere.
Fluentis impetum ut queamus alvei
Simul cavere promtius
At illa, pridiani adhuc memor luti,
Faceſſe, dixit, ô Soror.
Tuum mihi illud, hercle, non placet jugum,
Vtrimque cui malum imminet.
Fluenta ſive te mihi inferant, tibi
Fluenta ſive me offerant.

Potentiores hoc Sodalitas modo
Cavenda pauperi viro.

V.

Canis & Fur.

Fugax ſubinde machinatus in domum
Venire divitis viri,
Vt inde, clepta, quæreret manu lucrum
Repulſus eſt canis ſono.
Adortus ergo beſtiam cato dolo
Quadram lucunculi objicit:
At illa: Liberalitas tua, ô bone,
Hero cavere me jubet.
Enim niſi quid aucuparis hinc lucri
Quid iſta perdere adjuvat?

Repente liberalis haud caret dolo;
Eum cavere diſcito.

Digitized by Google

VI.
Dij & Arbores.

Vacante ſilvâ adhuc ſibi arbores dij
Sacram cuique, deligunt.
Apollo Lauream tuetur; Herculi eſt
Sacrata, celſa Populus.
Diona Myrtum amat; Deûm omnium ſatrix
Placere Pinum, ait, ſibi.
Iovis Tonantis apta Quercus eſt manum;
Patri & Minerva proxima
Sibi eſſe mirum id oppidò inſit; arborum
Agreſte quod legant genus,
Sed uberans vacare fructibus ſinant:
Cui iſta reddidit Pater.
Opimitate ne putemur utili
Honorem habere venditum.
Ac illa; quicquid approbent Dij, mihi
Oliva fructibus placet.
Ibi auſculatus ora docta, Iuppiter,
Bene, inquit, ô meum caput.
ENIM *niſi utile eſt quod occipis; puta*
Laborem abire perditum.

VII.
Canis & Caro.

Canis trahebat ore carnem; eam foco
Vacante clepſerat domi;
Et amnis innatabat alveum; in vado
Imago prædæ ut abſtitit
Imaginatus eſt latro novam ſibi,
Eamque prendere inſtitit.
At ore aperto & illa, vera quæ fuit,
Avaro hiatui excidit.

Digitized by Google

Avarus alterius involans bona,
Sua ipſe jure perdidit.

VIII.

Ciconia inter Grues.

Gruum cohorti homo poſiverat dolos.
Iis, Ciconia, implicans,
Rogabat eſſe non eam, cui putet
Avi locaſſe compedes.
At ille; nigra ſis vel alba; cum malis
Reperta; jus idem ſubi.
Sodalitas cavenda nigra Candido
Perire ni volet ſimul.

IX.

Aſinus ſpongijs onuſtus.

Cadebat olim aſſellus in vadum, ſale
Onuſtus; hoc aquâ liquens
Onus levavit improbum: deinde onus
Gerebat ille laneum;
Locum notarat, ergo denuò cadens,
Bibente Sarcina perIt.
Lucrum parare quiſquis inſtitit dolo
Parat ſibi ipſe noxiam.

X.

Camelus & Juppiter.

Iovi camelus adſtitit rogans, daret
Sibi bovina cornua.
Deus cachinno eam excipit; dein putans
Avara bellua ut foret,
Honeſtum habebat ante quod, caput malæ
Carere juſſit auribus.

Negata quiſquis à Deo appetit, data
Meretur ante perdere.

X I.

Lupus & Ovis.

Lupus vorare deſtinarat olim ovem,
Volebat hoc viderier
Patrare jure; te mihi, inquit, anno aquam
Scio inquinaſſe calcibus.
Oviculâ negante, nata quæ foret
Quadrantal anni, an hoc pote?
Sed incitatus improbâ ſame latro
Sibi ipſe jus dedit ſuum.
Potens nocere pauperi volens ſua
Manu ſibipte jus facit.

X I I.

Oliva & Ficus.

Oliva ficui exprobravit, eſſe ſe
Decore nobilem mage.
Cui maneret uſque par comæ nitor
Calore, frigore: illa tum
Nihil volebat obloqui; tamen ſui
Decoris optimè ſcia.
Hyems venire; ficui comæ excidunt,
Oliva ſervat has diu.
Nive inſidente donec & comas ſimul
Et ipſa corda perdidit.
Placere, pulcritudo, cum incipit ſibi,
Malo putate proximam

X I I I.

Rana & Muſculus.

Putri è palude, Rana prodiens, feras
Docebat ut medentium Pro-

Profeſſionis eſſet ipſa gnaruris
Ad Aeſculapium & patrem.
Eam ſtupente cætero grege omnium
Pudere, muſculus, facit.
At, inquit ille, tu medentium optima
Colore pallidiſſimo es.

Refutat ipſa ſæpè Gloriatio
Colore ſemet abſono.

XIV.

Canis cum Nola.

Canem crepante vir notaverat nolâ
Nocere dentibus vafrum.
At ille geſtiente ſæpius ſonans
Movebat æs gradu, putans
Honoris ergo ferre ſe notam ſui,
Sed obvio ex hero audiit.
Inepte, quam tu honoris autumas tui
Nota illa criminis data eſt.

Iuſta ſæpè turpitudinis Nota
Putatur eſſe honos malo.

XV.

Taurus & Hircus.

Leone, Taurus, obvio fugam inſtitit
Operta per loca arbutis.
Ad antrum adactus usque dum fuit latens,
In hoc ſtudebat ingredi.
Olens, ſed illud hircus occupaverat,
Bovemque reppulit. Timens
Leonis ille ceſſit hirco, & improbum
Ita eſt locutus ad ferum.
Olens inepte, non tuorum ego loco
Faceſſo cornuum metu.

Potentior ſed alter imminet mihi.
Remoto ab hoc ſtatim ſcies
Quid hircus atque Taurus invicem ſibi
Potente fronte differant.
Catus reponit ultionem in improbos
Periculo ipſe dum vacat.

XVI.

Equus & aſinus.

Equum ferocem ab uberante pabulo
Videns aſellus, oppido
Beatum habebat, atque ſorte præ ſuâ
Polo elevabat inclutum.
Sibi eſſe graminis parum aridi, ordeo
Equum adfluente veſcier.
At alterâ dic, inſidente ſub viro
Ferus duella dum ſubit
Ibi frequente vulnere obſitum latus
Videns aſellus, inclutum
Superſedebat advocare, ſordibus
Sibi beatus in ſuis.
Beatitate finis in vaga tibi
Videndus ante Laudem erit.

XVII.

Ovis, Capra, Vacca, Leo.

Ovis, Capella, Vacca, Quartus & Leo
Sodalitatem iniverant.
Vt eſſet omnis hiſce præda pro ratâ
Fruenda parte partilis.
Deo offerente, corripit ſuam Leo, eſt
Mea iſta jure, dictitans.
Secunda noſtra Fortitudine eſt meâ,
Sequatur hancce Tertia

Leo

Leo quia ipſe nominor, potens Ferûm;
Relicta quarta Pars erat
Eam minatus ille vindicanti atrox
Malum, ſibi quoque abſtulit.
Tuum quod eſt id aula vindicat ſibi
Imago vis boni mala eſt.

XIIX.

Cygnus & Anſer.

Alebat unius coloris alites
Duas, olorem & anſerem
Homo, altera ut canore Muſico auribus
Placeret, & alteram Gulæ.
Dies dicata jam vocabat anſerem
Parare juſſit hunc cocum.
Cocus cygnum prehendit, anſerem ratus,
Ibi ille dulcibus modis
Suum ante funus inſtitit vale ultimo
Dijs dicare carmine.
Suave lucis ut volente pectore
Migraret in necem jubar.
Dieſque mente cederet bonâ ſuos
Nepotibus ſequentibus.
Sed agnitus lepore vocis incluto,
Et anſer in vicem eſt datus.
Parata tela ſæpè Mortis ipſius
Refutat Eruditio.

XIX. Mors & Homo.

Strue olim onuſtus admodum gravi, indidem
Laboris impotens, Senex,
Necem invocabat, Aggerontis invij
Vovebat ire ſub ſpecum.

Vt imminentis undique impiiſsimi
Doloris arma vinceret.
Volentibus repente cum Diis ſeni
Figura mortis adſtitit.
Vocata nempe, quidque vellet abſonis
Rogavit ejulatibus.
Pavens tremensque, mentis haud potens ſuæ
Timore totus obrutus.
Vt hanc mihi, labore perdito, ſtruem
Levare, Mors, velis, ego.
Tremente tertiata vix dedit ſono
Pavore verba frigidus.
Procul pericla cum videntur arrogans
Agone in ipſo iners homo eſt.

XX.

Aſinus & Aper.

Apro movere controverſiam ſtatus
Aſellus inſtitit pigens.
Proinde multa gente de ſua, patre
Superbiens equo, fremit,
Aper tumore concitus, premit tamen
Furorem, ut optimè valet.
Vt ipſe dignus, inquit, eſſe noxiâ
Mihi videre, ſic ego
Mehercle pluris, inquit, æſtimo domi
Foriſque me, quam uti tuo
Cruore dentis inquinare Gloriam
Velim, iſta nolo neſcias.
Sapit minoris æſtimans virum improbum
Quam ut hoc ſuum inquinet decus.

XXI.

AQUILA ET CORVUS.

Iovi ſacrum involare, Corvus, alitem
Videbat in grege arietem,
Et ungue & ore ferre per levem æthera,
Id ille geſtiens ovi
Patrare, ſeque viribus parem æſtimans
Cuique Martio aliti,
Obhæſit impos eſtque captus, & neci
Ob impudentiam datus.

Inops potentis æmulator interit
Inepta ab Arrogantia.

XXII.

CULEX.

Quadriga magna cum immineret orbita
Parata curſui, advolans
Reſedit in jugalibus, Culex, equûm,
Ruentibus ſtatim rotis,
Et opprimente pulveris globo diem,
Sonante turbidum ungula,
Viris flagella clara concrepantibus,
Faventibus Quiritibus,
Culex ſuperbus, ô Dii, inquit, optimi
Quid hîc tumultuum dedi!

Ineptus ille qui ſibi ipſe vindicat
Potentiorum adoream.

XXIII.

CERVA.

Premente Cerva fugerat canum globo
In alta teſqua vitea.
Ibique delitebat, ipſe præterit.
Canum Magiſter, & Canes.

Ita omine cerva ſe periculum rata
Modo exiiſſe, viteam
Domum laceſſere otioſa morſibus
Timoris, incipit, vacans.
Fragore vitis impetita frundium
Crepare læſa, mox Canes
Feram ſonante prodidere baubitu,
Sagitta quam necat viri.
At illa ſemimortua, ultionis ah
Vt, inquit, ordo Iuſtus eſt!
Decebat abſtinere me domo hoſpitâ
Tegente tam fideliter.
Benignitas malâ repenſa gratia
Gravem intulit, cave, Luem!

XXIV.

Leo & Caprea.

Leonem amica conſpicata Caprea
Furentem, ut efferis modis
Caput rotaret, & virore Lurido
Vibraret ægra Lumina,
Ter, inquit, ô quaterque perditas feras
Furente Rege; quem pati
Nequivit ulla compotem ſui, pati
Furentem eumpſe quî queant!
Furor tyranni amara ſubditis Lues,
Atroxque Pœna maximè eſt.

XXV.

Lupus & Grus.

Inhæſerat Lupo vorante gutturis
Cavo os, quod extrahi inſcium
Ferum dolore differebat horrido,
Medela nulla tum foret

Adire

Adire ad ultimum coactus eſt gruem,
Paciſcierque premium.
Vt illa longiroſtris è gulâ ſibi
Sacrum os, avis, reduceret.
Gruis faceſſit hoc lupo negotium
Sŭumque premium petit.
Latro negabat hocce jure poſcier,
Habere jam ſuum gruem
Lupi famentis è gula ſuperſtite
Redire quita gutture.

Malì nocere cum queunt, nec id patrant
Bene actitaſſe ſe putant.

XXVI.

Anguis & Lima.

Colubrus officinam inverat fabri,
Ibique multa queritans
Memordit ore limam. At illa: deſine
Ego ipſe cuncta mordeo.

Malum caveto vir malus virum, niſi
Perire voltis invicem.

XXVII. Cicada.

Fritinnientis audijt ſonum Puer
Cicadæ, avemque maximam
Canore ſuſpicatus eſſe de gravi
Tetendit illam apiſcier.
Labore donec inquiete ad ultimum
Sacram prehendit alitem.
Opinionis unde riſit improbum,
Avemque reddidit fugæ.

Opinio vagatur, errat, impotens
Et hinc & inde judicI.

C. BARTHI

FABULARUM ÆSOPIARUM

LIBER II.

I.

SENEX.

VIetus ævitate plurimâ ſenex
Rogo eſſe proximus videns,
Suos vocare filios, & omnibus
Quid indicare velle ſe
Profeſſus utile; eſſe vineâ in ſuâ
Sepulta clanculum bona,
Nimis, mehercle, lauta, poſt necem ſuam
Ea invenire tenderent.
Patris ſepulcra cum exſecuta, filii
Labore vineam gravi
Ab usque fundo & imitus ſtudent, opum
Cupidine, usque vertere.
Sed invenire nil datur, ſenex catâ
Id ante mente noverat.
Sed eruta intus, irriitusque vinea
Labore fertili, excita,
Lucris adauxit alteris ſuas opes
Duplex decoris annui.
Dii dedere quæ colenda, gnaviter
Peroſus otium, cole.

II. Aſi-

II.

Aſinus & Lupus.

Vianti aſello inhæſerat pedem ſpina,
Dolore qui furente multa conqueſtus
Lupo fit obviam, ferente fortunâ.
Is illico profeſſus eſſe Chirurgum,
Et inde grande præmium ſibi pactus
Manu atque dente tam diu premit vulnus
Secuta donec exijt loco vepris.
Malo, æger, eſſe liberatus ut ſenſit
Pedem medentis illico incutit fronti
Fugamque init. Lupus, malè inde collectus,
O ultionis apta vis, ait! Quare
Medentem agebam ego, eſſe qui cocus noram!

Profeſſione qui ſua ob lucrum migrat
Domum referre tale præmium debet.

III.

Pavo & Luſcinius.

Matronæ magni conqueſtus Pavo Tonantis
Multa Deæ informi dixit convicia cantu,
Luſcinij vocem ſibi quâ impietate negaſſet
Mille oculis Regi volucrum? quid cætera formâ
Secla avium exſuperans vocem turpiſſimus exſtet?
Illum Auguſta Iovis ſic conſolata virago eſt:
Dij tibi quod tribuere, ſecundâ mente fruendum eſt,
Non, etenim, tua Forma Aquilæ faſtuſque canoro
Luſcinio datur: illorum fuge munera turpi
Invidiâ exambire tibi, pulcerrimus ales.
Nil præter miſeras miſer hinc potiere querelas.
Quæque alijs non eſt ipſi tibi damna patrabis.
Quippe oculos, Livor, repetit Liventis, & excors
Alterius Vitium tabet virtutibus in ſe.

IV.

Mater Ruſtica & Lupus.

Ploranti puero juravit Ruſtica mater
Prædam objectum iri, ni premat ora, Lupo.
Audierat ſtabuli circum carecta vagatus
Iurantique, Lupus, dat ſine menteq́; fidem.
Sed puer in multum demerſus lumina Somnum
Serus materno fungitur obſequio.
Intereà ſtimulante fame ſub nocte profundâ
Incaſſum ſtabuli ſtat, Lupus, ante fores.
Donec, Sole oriente, ſuum compulſus in antrum
Fœmineæ doluit voci habuiſſe Fidem

Credere juranti, niſi re præſente, ſupinũ eſt,
Fœmina præſenti re quoq; caſſa Fide eſt.

VI.

Cancri, Mater & Filius.

Curva retro, Mater, ducentem brachia Cancrum
Ita allocuta; nate, quid facis? retro is.
Ille: mihi recto videor procedere paſſu,
Quod eſſe, mater, ipſa ſi negas, præi.
Niſa gradu natum recto præcedere Mater
Retro quoque ipſa carpſit, ut puer, viam.

Emendare aliena volés, tua corrige princeps,
Mala, inde habebis imputes quod alteri.

VI.

Aquila & Cochlea.

Vnguibus arreptam cochleam Iovis ales aduncis
Portabat cœlo, nec quâ Ratione frui ſci
Munere fortunæ poſſet felicis, habebat.
Illum hærentem animi cata cum cornicula juxta
Conjiceret; tibi, Rex volucrum, præda iſta futura eſt
Vtilis, in ſcopulum cum præcipitata per auras

Frege-

Fregerit illiſo reſtantem pondere teſtam,
Dixit: ei parens Aquilæ vis, extudit aſtu
Quod, fruſtrà magnâ cœptum virtute, nequibat.
Virtuti atque dolo cedunt invicta potenti.

VII.

Eques calvus.

Eques comâ orbus, aſt amator ingentis,
Sibi alteram paraverat, ſuo argento.
Equeſtre cum ſubiret ergo certamen
Notus, repente obortus, expulit calvâ
Comam haud tenace glutino cuti hærentem.
Ibi ille dum frequente ſe videt turbâ
Iocis peti, cachinnum & ipſe ſuſtollit:
Et, inquit, hoc cui videbitur mirum
Datam avolare, nata cum ſit expulſa.
Catus jocante fronte ſe vir abſolvit
Jocis, monere fabula hoc ſtudet noſtra.

VIII.

Duo Sodales.

Sodalitate mutuâ
Viam duo unam inierant,
Fide datâ, in periculis
Adeſſet alter alteri.
Parum viæ cum itum foret
Fit obvia urſa, quæ, prius
Inire quam fugam pote,
Prope ingruit. Tum in arborem
Levatus ille ſubfugit,
Supinus iſte corruit
Timore mortuum exprimens,
At Vrſa cum putaret hunc
Cadaver eſſe mortuum

Anhelitum oris aucupans
Nec invenire tum poteis
Metu premente eum viro.
Nec alterum altam in arborem
Valeret uſque conſequi
Vtrumque liquit innocem.
Ibi ille qui alta in arbore
Periculam inſuper ſui
Amici habebat; Optime
Quid, inquit, atra bellua
Profundum in aurium ſpecus
Tibi locuta obambulans.
Velis docere me, rogo.
Ibi alter; à Sodalibus
Cavere porrò talibus
Monebat inſidelibus.

Pericla ni probant Fidem
Dare hanc cuipiam Cave.

IX.

Pavo & Grus.

Pavo cum gruem ſperneret ob mille colores
Queis forma ſua eſſet volucrum prima decore.
Reſpondit ea. Proxima ſum Dijs volatu
Alarum ego, quas nigras vocas tu, malè pulcra,
In ſtercore quæ terrigenum tranſigis ævum.
Te probans tibi ne alterius crimine Laudes.

X.

GALLINA ET SERPENS.

Foveret ova, Lucinuncij Galli
Marita cum Aſpidis, videns

Hirun-

Harundo, queis peribis ipſamet princeps
Quid hos, ait, ſinu foves.
Malos fovere noxiæ malæ plenum eſt
Foventis hæc caput petit.

XI.

SENEX ET PUER.

Senex puerque mutuam fidem ingreſſi
Equinam uter prior revelleret codam.
Puer ſimul prehendit omnem, & anniſu
Nihil patravit attrahens licet magno.
Senex revulſit ad pilum minutatim,
Citrà Laborem, & abſtulit rudi donum.
Nequis Labore quod Scientia Patras.

XII.

VIR SEMICANUS.

Viro duæ fuere ſemi-jam-cano
Puellæ; earum ei una, adhuc minorennis,
Comam revulſit albidam, altera, evergens
Senile in ævum, ei nigram eruit; Calvus
Ita ille factus eſt honore diverſo.
Duas probare res caveto diſtanteis.

XIII.

RANÆ.

Nuptias quondam celebrare Solem
In paludoſis cecinit lacunis
Fama; gaudebant hilaræ, & parabant
Carmina Ranæ.
Una quas, longo Senio erudita,
Voce ſic tamdem patria increpavit,
Stulta gens, unum malè ſertis, acri
Sidere, Solem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Porro quid veſtro generi futurum eſt
Liberos uno generante plures?
Vota ſic mortalia ſæpè contrà
Se ipſa repugnant.

XIV.

Corvus & Vulpes.

Corvus caſeolum novum involarat
Quem vulpis cata conſpicata; corve
Corve, inquit, volucrum omnium venuſto
Princeps corpore, ni tibi negaſſent
Dij vocem, tu avium Imperator eſſes.
Ille hoc inſubito ſtupore credens,
Et vocis ſibi conſcius canoræ.
Laxo gutture turpe cantilenæ
Exoſus genus horridæ, cadentem
Vltro caſeolum dedit rapinæ.
Quem, vulpecula, dum capit, ſat eſſe
Corvini tibi corporis fatemur
Sed mentis nihil, ut ferare pulcer.
Multo induſtria quod labore quærit
Nullo ſtultitia arrogans profundit.

XV.

Gallina auripara.

Formoſam quidam Gallinam in corte tenebat
Quottidie ovum auro quæ è ſolido pareret,
Ille ſed ingentem theſaurum in ventre volantis
Eſſe ratus, ferro diſſecuit mediam.
Sed nihil invenit, Spes Lucrum exſtinxit inanis
Tali ulciſcuntur Dij modo Avaritiam.
Cum Superi tribuere parem tibi corpore victum
Hunc quoque pro faſtu perdere Conſtituunt.

XVI.

XVI.

Vulpis & Uva.

Vvam impendentem nequiens comprendere ſaltu
Omnia tentaſſet cum jam Vulpicula; dixit
Immatura etiam galláque es plena virenti,
Nos niſi decoctis Phœbo, non veſcimur uvis.

Ridiculè hæc homines nequeunt qu
dere, temnunt.

XVII.

Vitis & Capella.

Petulca cum capella roderet vitem
Ita arbor allocuta illam eſt.
Petulca capra, rode, quam potes, ſævè
Ad altar ipſa cum ſtabis
Tamen meri mihi ſat eſt futurum, quod
In iſta cornua effundam.

Licet prematur ultionis ut, pauper,
Inops, diem ſuum exſpectat.

XIIX.

Vulpis & Larva.

Tabernam in hiſtrioniam intulit ſeſe
Faceta vulpis, utque cuncta rimata eſt.
Sophi figuram ibi Thaletis invenit.
Toreuma pulcrum & artifex lutum mirans,
Figura qualis, inquit, & cerebro orba es!

Inepta pulcritudo quæ caret mente.

XIX.

Aſinus ſimulacrum ferens.

Aurεam portans Aſinus figuram
Iſulos magnæ, populare vulgus
Dum genu flexo celebrare ſacrum
Cernit honorem.

Ardet extemplo ambitione diâ
Seque cultoreis tot habere credit
Quippe formoſus ſatis, & parente
Natus Equeſtri.
At ſequens faſcium premit hunc agaſo
Fuſte quadrato: rediit tum aſello
Conſcius durorum animus Laborum
Numinis exſpes.
Quos levat Fortuna, aliena gaudent,
Regna, Venturum eſt tumidos monere
Tempus, inversá facie, eruditum
Sortis iniquæ.

XX.

DUO GALLI.

Gallos unica cors duos alebat
Infeſtos animis diu ſuperbis
Dum virtus dubia aleam duelli
Longis ex odiis ſubire juſſit.
Hæſit Lenta diu hinc & inde Palma.
Donec corpore major à minore
Compacto benè, victus & fugatus,
Antrum ſaucius abditum petivit.
Gaudens ilicet elegante cantu
Victor tecta petit, ſonoque magno
Fortunæ canit arduæ triumphum.
Verum ingens Aquila obvium Poetam
Laudum corripuit necans ſuarum.

Cui Victoria ceſſit, inſolenter
Jactatis ſuperatur à periclis.

XXI.

Formicæ & Cicada.

Cicada cum canendo.

Triviſſet

Triviſſet omne tempus
Aptum penu parando
Aeſtate ſub calente.
Hyeme ingruente cæpit
Victu carere; ſed cum
Inaudiiſſet, eſſe
Formicam eo adfluentem,
Ad eam profecta cœpit
Orare, paſceret ſe.
Formica parca, quid nam
Aeſtate factitaſſet
Rogare, quo minus ſe
Hyemi cibo ingruenti
Obmuniiſſet? illa
Cantaſſe ſe profeſſa eſt.
Nunc ergo cantilenis
Saltes licet peractis
Reſpondit, & relicta
Formica retroceſſit.

Dum Ver juventa ducit,
Virilitaſque meſſem,
Auctumnitaſque fructum
Hiemi cavere verum eſt.

XXII.

Momus.

Omnia carpentem Momum finxere Poetæ.
Tres fatuo quondam tulerunt tria munera Divi,
Virgo hominem Pallas, Taurum Rex æquoris ingens,
Iuno Domum: irriſit obſcurum corda Minervæ
Munus, & in ſummo voluit ſera pectore pendens
Monſtraret ſenſus, cuivis exemtilis, altos.

Taurum adeo cornu quod non palearibus altiù
Præfixum gereret, moderari ut lumine fulmen
Poſſet atrox, ictumque oculis deſigere certis.
At domus ingenioſa immobilis audijt, ergo eſt
Spreta, rotis quod non ſubfixa curulibus adſit.

Quicquid habes, quodcunque, ut quam doctumque, catumque,
Omne patet ſtudio carpendi, aptumque notari eſt.

XXIII.

Tauri tres & Leo.

Tres una in paſcua Tauri
Iunctim prodire ſolebant.
Hos fruſtrà ſæpè cruentis
Tentarat atrox Leo technis.
Numquam ſuperare valebat.
Ergo argumenta nocendi
Meditatus, adivit amicis
Sollers ſermonibus unum.
Doctum ſe dicit in illum
Moliri triſtia fratreis.
Queis crederet omnia ſimplex:
Monitus nunc porro caveret.
Eodem ſermone ſecundum
Odijs implevit amaris.
Mox tertium, & invicem acerbis
Animis diſtare repertos,
Cum jam diſcordia ſævo
Facilem daret intima pugnam
Devicit, & impete facto à
Summo laceravit ad imum.

Clades diſcordia fratrum eſt.

XXIV.

XXIV.

Leo, Vulpis, Aſinus.

Aſellum inanem mentis atque vecordem
Vulpis doloſa, magna mentiens bona,
In rete cæco ſubditum induit nexu.
Deinde ſannis arroganter additis
Eò Leonem duxit, atque uti prædâ
Suo paratâ veſceretur munere
Hortatur: ille deſpuens dolos vafræ
Primam ungue ſævo lancinat ducem ſuam,
Deinde aſellum. Pœna perſidos talis.
Sequitur, amicos fraudibus penſans dolos.

XXV.

Auceps. quæ & ſuprà.

Auceps fortè canentem
Audit clara cicadam.
Et de voce ſonorâ
Cenſens membra volucris.
Longis artibus illam
Tandem in retia clauſit.
Sed cum membra canori
Reſpondere negaret
Damnavit ſua vota.
Multis Gloria citra
Rem, ſummi anſa pericli eſt.

XXVI.

Leo Victus.

Imbellis ſenio, & longis defectus ab annis,
Dum ſolito victum more parare nequit.
Aegroti faciem ſimulat Leo, pallida fingit
Ora, gravi ducens ilia cum gemitu.

Advenere

Advenêre feræ malehabentem viſere Regem
Quæque ſuo properans ſedula in officio.
Ille ut quamque atro nactus ſine teſte ſub antro
Dilacerat, penſans robur ab ingenio.
Sola dolum Vulpis ſenſit, conſulta nocendi,
Veſtibulumque Aulæ conſtitit in medium,
Regius hanc intro juſſit prodire ſatelles,
Non tamen illa ultra limina progreditur.
Rege Salutato, multum laudata doloris,
Aegroti dextram tangere juſſa, negat.
Omnia te ſpectant contrà Veſtigia, dixit,
Quamlibet ægrè habeas tu Leo, nulla retro.

A tenui ſapiens cavet irreparabile damnum.
Contemto fatuis quamlibet, indicio.

C. BARTHI

FABULARUM ÆSOPIARUM.

LIBER III.

FAB. I. Sol & Ventus.

Potentiæ duella Soli niverant
Notuſque; quis pote alteri
Inexpedita perpetrare, virium
Probata ſumma cum viro eſt.
Vter vianti ei amovere pallium
Potente poſſet impetu.

Notus

Notus repente turbidum implicat diem,
Nigriſque nubibus fremit.
Et imbre ſævit hinc & inde concito
Virum undiquaque verberans.
Sed ille, diſtinere corpore à ſuo
Inutiles ſtudens aquas,
Amictui uſque ſe implicavit arctius,
Togaque totus inlatet.
Noto dolente, Sudus ora languidum
Apollo regredi jubet
Diem: deinde creſcere aureas faceis
Caloris, uſque dum gravi
Viator igne feſſus, aßidens humi
Parumque fotus, exſuit
Amictum ut adfluente corpus alveo
Lavaret. Iſta Fabula
Docet furore quod Sagacitas mero
Putanta ſit potentior.

FAB. II. Leo & Muſculus.

Leone dormiente ſub meridie
Vagatus improbè, pede
Ferum inſilibat inſciente, muſculus;
Proinde prenſus, ut necem
Prope imminere ſenſit, obrutus metu,
Ita eſt precatus: ah mea
Here, inquit, huicce parcito inſcientiæ,
Nefas, mehercle, maximum
Quod æſtimatur, error eſt leviſsimus,
Ioco profectus à bono.
Studebo, quale quivero, tuo incluto
Rependere inde munere.

Vt eſſe-

Advenêre feræ malehabentem viſere Regem
Quæque ſuo properans ſedula in officio.
Ille ut quamque atro nactus ſine teſte ſub antro
Dilacerat, penſans robur ab ingenio.
Sola dolum Vulpis ſenſit, conſulta nocendi,
Veſtibulumque Aulæ conſtitit in medium,
Regius hanc intro juſſit prodire ſatelles,
Non tamen illa ultra limina progreditur.
Rege Salutato, multum laudata doloris,
Aegroti dextram tangere juſſa, negat.
Omnia te ſpectant contrà Veſtigia, dixit,
Quamlibet ægrè habeas tu Leo, nulla retro.

A tenui ſapiens cavet irreparabile damnum,
Contemto fatuis quamlibet, indicio.

C. BARTHI

FABULARUM ÆSOPIARUM.

LIBER III.

FAB. I. Sol & Ventus.

Potentiæ duella. Soliniverant
Notuſque; quis pote alteri
Inexpedita perpetrare, virium
Probata ſumma cum viro eſt.
Vter vianti ei amovere pallium
Potente poſſet impetu.

Notus

Notus repente turbidum implicat diem,
Nigriſque nubibus fremit.
Et imbre ſævit hinc & inde concito
Virum undiquaque verberans.
Sed ille, diſtinere corpore à ſuo
Inutiles ſtudens aquas,
Amictui aſque ſe implicavit arctius,
Togaque totus inlatet.
Noto dolente, Sudus ora languidum
Apollo regredi jubet
Diem: deinde creſcere aureas faces
Caloris, uſque dum gravi
Viator igne feſſus, aſsidens humi
Parumque fotus, exſuit
Amictum ut adfluente corpus alveo
Lavaret. Iſta Fabula
Docet furore quod Sagacitas mero
Putanta ſit potentior.

FAB. II. Leo & Muſculus.

Leone dormiente ſub meridie
Vagatus improbè, pede
Ferum inſilibat inſciente, muſculus;
Proinde prenſus, ut necem
Prope imminere ſenſit, obrutus metu,
Ita eſt precatus: ah mea
Here, inquit, huicce parcito inſcientiæ,
Nefas, mehercle, maximum
Quod æſtimatur, error eſt leviſsimus,
Ioco profectus à bono.
Studebo, quale quivero, tuo incluto
Rependere unde munere.

Vt eſſe-

Vt eſſe cauſſa Pœnitentiæ haud queat
Amiculo hoc datum à Duce.
Leo reductus à furore per preces
Remiſſa noxia eſto, ait
Proinde liber undiquaque muſculus
Referre Gratiam parat.
Dies abiri plurimi; dein Leo
Ferebat ex agris ovem.
Eum ſagax magiſter excipit dolo
Et induit gravem plagis.
Leo prehenſus impotente protenus
Furore rugit efferum.
Vt omnis inde ſilva contremiſceret
Boante Rege maximum
Cavo in minuto eum audijt ſonum latens,
Et illico advolat locum
Vbi jacebat inter arma linea
Leo implicata, muſculus,
Et orſa dente caſſium brevi ſecat,
Ligata ſolvit indidem.
Suique Regis eruit neci caput
Memor merentis optimè.

Potens amicus haud abutier velit
M·nore, Gratia hinc redit.

III. Lignator & Mercurius.

Securim in actâ, ubi arbores erant ſata,
Vir expulit malâ manu.
Eam profunda cum fluenta mergerent,
Homo eiulare plurimum.
Miſertus huius ex rapace gurgite
Atlantis extulit caput
Nepos, & auream ſecurim ei obtulit
An eſſet iſta, quæritans.
Probus ſecuris, inquit, iſta nec mea eſt,
Nec aurea eſt opus meæ.
Probans homunculi hanc modeſtiam Deus,

Et

Et ante perdidam dedit
[...]t illam ab auro ei addidit; Videns datam
Homo alter ad vadum volat,
[D]ein ſecurim & ipſe proijcit ſuam.
Vocatque Præſidem Deum.
[D]eus videns avara vota, protenus
Capeſſit auream manu,
[R]ogatque, num ſit illa quam fleat? malus
Eam eſſe deierat ſtatim.
[A]t ultor omnis Impudentiæ Deus
Nec auream viro dedit
[...] ante proditam haud deinde rettulit,
Peroſus improbum caput.
Avarus ipſe damna ſic parit ſibi
Vbi improbè lucro ſtudet.

IV. Phœnix.

[A]ſyriæ in campis habitat clariſſimus ales
[...]e ſuæ, Phœnix, morti reparabilis auctor.
[Q]uippe ubi cana ætas volucrem contraxit, & alas
[...]miſit vigor, acciſus volventibus annis.
[Æ]dificat nidum caſiâ & redolentibus herbis
[Ar]abiæ Felicis: Eum mox corpore feſſo
[In]cubuit ſupra, radiumque à lampade poſcit
[...]is avi. Qui decrepitum miſeratus ephebum,
[...]nine cœleſti tangit generabile buſtum.
[...]cet in cineres avis immortalis amatæ
[...]ſidit vitæ. De quis ſe lætior exit
[...]le novâ, reparatque inſerto exordia fine.
[Inst]aurans genialem ortum per funeris orbem.
[...]na viros buſto celebres vigil eximit, & cùm
[...]na ſitu facta eſt, reparat cunabula letho.

V. Invidus cum Avaro.

[Ava]rum & invidum in duella concitos
Amara, compulit Deus
[...]ere vota; ſe daturum ea exitu;
Ibi invidus duplum videns

Suo

Suo tenere velle avarum; ut alterum
Sibi ille lumen eruat
Deum rogare: luſcus ipſe, avarus at
Eo inde cæcus eſt modo.

VI. Piſciculus.

Piſcator magnis tendens retinacula, parvum
Apprendit ſetâ præpete piſciculum.
Ille rogare hominem teneris imperceret annis
Poſt melius ſe aucto corpore poſſe frui.
Reddidit ille; minuta magis, ſed certa, probari,
Grandibus, in dubio quæ rota Sortis agat.
Utere blandicijs Fortunæ mobilis & nec
Ingentem pretio ſpem leviore pete.

VII. Pardus & Vulpis.

Cum variæ Pardus pellis jactaret honorem,
Pictam mille canens egregijs maculis.
Vtere pelle tua, Vulpes ait; at mihi mentis
Plus Variæ arridet callida Vafricies.
Mentis honos cautæ pulcro præ corpore pollet,
Triſtibus hoc infert, eruit ille malis.

VIII. Caſſita.

In ſegetem Volucris nidum ſuſpenderat, illic
Excluſis habitans, caſsita, pignoribus.
At gravidis meſſem poſcentibus à Iove culmis,
Ad natum dixit ſedulus agricola
I, pete, vicinos, cras auxiliaribus armis
Dic ſegetem veniant hanc mihi demetere.
Auditum hoc nati trepidæ retulere parenti

Maturumque petunt inde loci effugium.
Illa metu ſupereſſe jubet, nec quidquam opis eſſe
In vicinorum, ſcilicet, obſequijs.
Altera lux orta eſt; nemo venit: Ergo propinquos
Agnatoſque operi convocat agricola.
Hoc quoque de paſtu matri retulere reverſæ
Implumes multo cordolio pueri.
Illa metu ridens teneros levat; Eſſe nihil dum
Quod ſuadere fugam cenſeat, excipiens.
At pater ut fruſtrà agnatis quoque vidit haberi,
Iratus falces adparat ipſe duas.
Craſque jubet natum ſocio ſecum ire labore,
Demeſſum gravidæ primitias Cereri.
Hoc ubi ſenſit avis, dubio procul imminet, inquit,
Meſſis, ab hoc noſtrum eſt jam procul ire loco.

Si quod opus, promtè ipſe ſubi, ſi credis amicis
Eluſus lenta decipere fide.

IX. Canis & Leo.

Obvius in ſilvâ macilento forte Leoni
Narrabat villæ commoda, pinguis Hylax.
Vt domini menſâ frueretur divitis, in quam
Lauticiæ Vrbana & Ruſtica confluerent.
Cuſtodem ſeſe eſſe domus, cui limina ſubſint,
Imo adeo ipſum aulæ totius Imperium
Conſuadere igitur, ſilveſtria teſqua relinquat,
Sorte potens cum ipſo nobiliore frui.
Viſus erat lauto bona corpore dicta probare,
Iamque ſequebatur mollia fata Leo.
Dumque viam carpunt neque jam procul atria lucent,
In collo, melius paruit indicium.

Hic Leo quid ſibi vult ferri nota, quæſiit, iſthic?
Scilicet ad poſtes pro ſtatione ligor.
At Leo: libertas dum ſit mihi; tenuia malim,
Splendida quam adſtricto vincula ſervitio.

X. Tubicen.

Colliſis inter bello ſe Regibus, & vi
Mavortis medio cæca furente gradu.
Captus erat tubicen dum rauco claſsica bombo
Inflat, & ardenteis aptat in arma viros.
Ille latus ferro vacuum oſtentabat inermi,
Ut præſens poſſet flectere ſupplicium.
At dux: ducite, ait, ſceleratum; incendere in arma
Cædere quam adverſo grandius enſe malũ eſt.

XI. Ovis & Canis.

In jus vocabat judici lupo ovem Canis,
Depoſitum ut illa turpiter
Suum ſibi interverterit; quamvis ſcia
Nil tale ſe feciſſe, ovis
Timore adacta eſt judicatum ſolvere;
Vi ſæpe damnantur probi.

XII. Vitulus & Bos.

Vitulum elegantem, deſtinatum altaribus,
Laute educabat bubſequa.
Is ubi trahentem aratra conſpexit bovem
Macie fameque ſquallidum,
Cœpit ſuæ laudare ſortis indolem,
Sibique clarum plaudere.
At vetulus ille; pœnitebit; aureum
Cruore cum cornu ablues.
Beata fata turbidus ſolet ſequi
Finis: Thraſones audiant.

XIII. Pavo & Aquila.

Saturniæ Iunonis in thalamo ſibi
Pavo ſuperbus ſæpius
Optarat à Deâ, poteſſe præpete
aquilam volatu vincere,
Audivit ales fulminis potens pigri
Superba vota, & maximo
Retulit Iovi: ille, ne ſuperna cogitet,
Deformat huic pulcros pedes,
Quoties caducus appetis cæleſtia,
Memor eſto mortalis luti.

XIV. Mus & Taurus.

Tauro inimicitias indixit muſculus olim:
Ridere magnus parvuli minacias.
Cum ſubito ille cavo procurrens in pede fixit
Dentem puſillum maximi Herois premens.
Mox cito reſſugiens rediјt cito; nec potis ulla
Bos arte curſus indipiſci præpetes.
Donec ad extremum vi ſanguinis ebullante,
Herbam minuto maximus miles dedit.
Quã contemtus erit, hoſtem contẽnere noli,
Quod vi nequit, patrabit ille aſtutia.

XVI. Aſinus puſillus.

Aſelli Ephebi mater ægrotaverat
Diu; medela nulla cum morbo foret
Leo famelicus adpropinquat oſtio
Stabuli, & profeſſus gnarurem mediсæ opis
Admittier ſe poſtulabat ſedulo.
Per rimam aſellus conſpicatus hunc, ait,
Mater profecto mea tibi optime valet.
Pericla cum ſint, quærit innocentium
Cruore ſeſe paſcere impium genus.

XVII. Puer & fur.

Vetulum notarat cautior furem puer
Hinc inde multa quærere.
Hunc ſtuduit obſervare, dum meridie
Veniente eum cæpit ſitis.
Laſſum labore aſtutus aggreditur puer
Aitque, fons non eſt procul.
Monſtrare quem ſane haud mihi fuerit grave.
Sequitur monentem furcifer.
Ad puteum ubi venere, deſcendit ſenex,
In poſte linquens pallium,
Id involans repentè conclamat puer,
Hic tamdiu ſede, pater,
Donec tibi aliud hoc modô paraveris,
Amiſi ut ante ego pallium.
Scelerata ludit ars malam artem per malam,
Sceluſque per nefas perit.

XVIII. Inſtitor & fur.

Malus inſtitoris pergulam fur adſtitit,
Notanſque, furem ei alterum
Clam clepere panni paullulum, donec procul
Fur abijt, adſtat muſsitans.
Aſt ubi procul receſsit, accedit prope
Aitque, mercator bone,
Niſi benevolentes eſſe nos vis credere
Documenta præſenti dabo.
En ille populo qui ſtat in denſo, tibi
Furatus hic modo pallium eſt.
Propola magnum tum furore concitus
Raptare, ruere, tundere,
Furem prehenſum. Turba dum iſtuc confluit,
Fur alter, ingentis preti

Monile

Monile raptum condit in ſinum ſibi,
Abitque per turbam palam.
Fortuna dura cauto opus vel maxime
Ne peſſime cadat, habet.

XIX. Urna & Luſcinia.

Luſcinia multo feſſa Sole, plurimum
Sitiebat; haud vero potis
Aquam invenire ad ultimum urceum videt
Capace ventre, paululum
In cujus imo laticis ita remanſerat
Nequiret ut id apiſcier:
Satagebat ergo vix trahens animam ſiti,
Formica quum adrepens ait;
O Domina nemorum & Eloquentiæ, tibi
Doctrina tanta ſi foret
Quantum Lepôris atque Gratiæ eſt ſuper,
Potita jam potu fores.
Sed conſules boni minoris ingenI
Inventa, ſi medeor tibi.
Glabros lapillos inde tolle è pulvere
Et altam in urnam conijce.
Ita è profundo ad labra conſurget latex
Tibique ſedabit ſitim.
Servata tum Luſcinia Formicæ ſalem
Celebravit iſto carmine.
Quod nulla potc vis Eloquentiæ, dabit
Factum incluta Eruditio.

XX. Formica & Columba.

Ceciderat alti fontis in meditullium
Formica, caudice de ſuo.
Et inde vanis haud potens laboribus
Emergere ad ripam pedes.

Agrè

Agrè trahebat debilem in ſtagno gradum.
Columba myrto è proximâ
Miſerata deſuper ultimum infortunium
Ramum ore carpit termitem.
Et in vadum projecit; illum ſcandere
Formica; ſic tenuit humum.
Porro Columbæ gratiam ſtudens bonam
Satagebat hæc refundere.
Notavit ergo commodum vafrum aucupem
Plagium Columbæ tendere.
Simplex avis jam rete cæcum inſederat,
Iam complicabat id Latro,
Formica cum veſtigium pungit viri,
Dolore motus ut gravi
Manu remiſſá rete falleret dolo,
Columba ſilvæ reddita eſt.

Qui gratus animi eſt vel poteſt majoribus
Prodeſſe, ſi modo habet ſalem.

XXI. Prometheus Ebrius.

AEſopus olim Phryx fuit, qui fabulas
Docere callidiſſimus.
Hunc ludibundus quiſpiam & ſemebrius
Rogavit, eccur maſculi
In fœminina membra ſic inſaniant
Veneris ubi ætas ingruit.
In maſculina membra contra fœminæ
Bacchentur excordi modo.
Reſpondit ille: ut ebriis mos maximè eſt
Invertere omne quod agitant.
Ita & Prometheus nectaris cum pluſculum
Sumſiſſet, & eo tempore
Genitalis oræ fabricaret machinas,

Inver-

Invertit has parteis, viris
Muliebre faſcinum adſuit, mulieribus
Virilia appegit bona.

Ridicula res eſt ſapere velle quem
Libido perverſa hunc rotat.

XXII. Satyrus & Viator.

Satyrus Viantem forte prendit, frigore
Miſerrimo affectum modo.
Humanitate motus hunc ſecum abſtulit
Suum ſub antrum, & jugiter
Flammam miniſtrans, cum videret indidem
Afflare ſibi hominem manus.
Interrogavit quò faceret hoc? ille ſe
Calore paulatim intimo
Refovere membra: deinde dum præbet cibum
Fervente ab olla proditum
Rurſum videt ſufflare ferventeis virum
Offas; rogare denuò
Cur iſtud? ille ſe calorem dictitat
Arcere flatu frigido.
Stupefactus ex hoc ſemivir ſpectaculo,
Faceſſere abs ſe hominem jubet:
Enim, inquit, iſtud non placet mihi, duo
Diverſa flare uno ore te.

Urbana levitas non placet ſancto viro,
Calumnia eſt odio bonis.

XXIII. Leo & Vir.

Vir & Leo convitium ſibi dixerant.
Uter altero eſſet fortior.
Ibi provocare vir ad Opificum Curiam
Statuaſque nobiliſſimas.
Ubi inveniret nuſpiam adverſarius

Agrè trahebat debilem in ſtagno gradum.
Columba myrto è proximâ
Miſerata deſuper ultimum infortunium
Ramum ore carpit termitem.
Et in vadum projecit; illum ſcandere
Formica; ſic tenuit humum.
Porro Columbæ gratiam ſtudens bonam
Satagebat hæc refundere.
Notavit ergo commodum vafrum aucupem
Plagium Columbæ tendere.
Simplex avis jam rete cæcum inſederat,
Iam complicabat id Latro,
Formica cum veſtigium pungit viri,
Dolore motus ut gravi
Manu remiſſá rete falleret dolo,
Columba ſilvæ reddita eſt.
Qui gratus animi eſt vel poteſt majoribus
Prodeſſe, ſi modo habet ſalem.

XXI. Prometheus Ebrius.

AEſopus olim Phryx fuit, qui fabulas
Docere callidiſsimus.
Hunc ludibundus quiſpiam & ſemebrius
Rogavit, eccur maſculi
In fœminina membra ſic inſaniant
Veneris ubi ætas ingruit.
In maſculina membra contra fœminæ
Bacchentur excordi modo.
Reſpondit ille: ut ebrijs mos maximè eſt
Invertere omne quod agitant.
Ita & Prometheus nectaris cum pluſculum
Sumſiſſet, & eo tempore
Genitalis oræ fabricaret machinas,

Inver-

Invertit has parteis, viris
Muliebre faſcinum adſuit, mulieribus
Virilia appegit bona.

Ridicula res eſt ſapere velle quem
Libido perverſa hunc rotat.

XXII. Satyrus & Viator.

Satyrus Viantem forte prendit, frigore
Miſerrimo aſſectum modo.
Humanitate motus hunc ſecum abſtulit
Suum ſub antrum, & jugiter
Flammam miniſtrans, cum videret indidem
Afflare ſibi hominem manus.
Interrogavit quò faceret hoc? ille ſe
Calore paulatim intimo
Reſovere membra: deinde dum praebet cibum
Fervente ab olla proditum
Rurſum videt ſufflare ferventeis virum
Offas; rogare denuò
Cur iſtud? ille ſe calorem dictitat
Arcere flatu frigido.
Stupefactus ex hoc ſemivir ſpectaculo,
Faceſſere abs ſe hominem jubet:
Enim, inquit, iſtud non placet mihi, duo
Diverſa flare uno ore te.

Urbana levitas non placet ſancto viro,
Calumnia eſt odio bonis.

XXIII. Leo & Vir.

Vir & Leo convitium ſibi dixerant.
Vter altero eſſet fortior.
Ibi provocare vir ad Opiſicum Curiam
Statuaſque nobiliſſimas.
Vbi inveniret nuſpiam adverſarius

Domitum Leone quem virûm.
At Leo: Leones diſcerent ſi ſculpere
Semper videres, uti viros
Sub juga coactis ducerent jugalibus.
Nunc ordo nos mendax premit.
Domeſticum iſtoc more teſtimonium
Nullius eſt & erit pretI.

XXIV. Catus pendens.

Cum murium nequiret adſequi fugam
Felis, dolo ſe pendulam
Tigno, figurat, pedibus amplectens trabem.
At ſentiens dolum vafra
Non, inquit, hercle, ſi putreres, muſculus
Adire te vellem, mala.
Ubi precium non eſt periculis cave
Laſcivia te innectere.

XXV. Mus & Concha.

Conchas bianteis conſpicatus muſculus
Antrum ſubivit unius.
Repente quæ cum clauderet valvam ſpecus.
Coactus inibi eſt emori.
Multos prehendit in lucri ſpe maxima
Præſentis Exitij lues.

C. BARTHI.

FABULARUM ÆSOPIARUM.

LIBER IV.

C. BARTHI
FABULARUM ÆSOPIARUM.
LIBER IV.
FAB. I. Grus & Pavo. quæ & lib. I.

GRUEM arrogante verberare carmine
Volucris inſtitit, cui
Iovis favere nupta fertur optimè,
Et hæc & illa dictitans:
Ut eſſet ipſa pulcra milleformibus
Coloribus, gruem premens.
Nigra inquilina noctis, inquit, & nigra
Ut eſſe tota poſsies!
Videſne me, quot expolita floribus
Laceſſam Apollinis jubar?
Ego; volucris illa, Regna quam decet
Capeſſere alitum omnium.
At illa: qua vocare me nigram potes
Ut una nempe nobilis.
Sequare, dixit, hac: Iovis domum peto:
Et illicò cito impete
Levata, corpus extulit polo volans.
Pudore victus alter eſt.
Inepta quemque Gloriatio premit
Suum ipſe cum canit decus.

FAB. II. Venter & cætera membra corporis humani.

Rebel-

Rebellione ſama membra cætera eſt
Iiſſe ventris in malum.
Eum perinde ſemper otio frui
Vt omnia, belluo pigens,
Labore parta ſolus omnium pote
Omaſum in abditum abdere.
Labore ſe ergo nolle paſcere hunc ſuo,
Sibi ipſe tanta quæreret
Quibus replere ſe, & pigerrimam famem
Queat repellere indiem.
Tacens at haſce venter ad minacias
Manebat in ſtatu ſuo.
Proinde nolle ſe ire dictitant pedes
Manus labore ruſtico
Cibum expedire; membra cætera omnia
Profundum in otium ruunt.
Dies abibat unus, alter, indidem
Dolere, venter, occipit.
Et unaquæque membra, proximè ut poteſt,
Fame imperante paſcere.
Ad ultimum caro atque ſanguis omnibus
Ademtus undique exijt.
Cutiſque hiulca vix obhæſit oſſibus,
Trahentre Ventris impetu.
Ita impiæ rebellionis omnibus
Oborta pœnitentia eſt.
Et ut frui volente Ventre poſſient,
Laborem obire non negant.

Rebellio omnis optimè licet cata, eſt
Periculoſa ſubditis.

FAB. III. Anguis & Puer.

Tenellus anguis in viâ, cavum petens,

Gela

Gelu repente perditus
Obhæſerat, jacenſque ſemimortuus
Trahebat ultimum aërem.
Miſertus huncce ſublevat puer manu
Et abdit in ſinum rudis.
Refotus ut calore ſpiritum pote
Redintegrare languidum.
At ille, cum veternus exijt gravis,
Calorque redditus malo,
Suæ ſalutis impijſſimo necat
Repente dente vindicem.
Ita hoſtis ille qui benignus improbo,
Salute ſe necat mali.

FAB. IV. Ollæ duæ: Quæ & lib.I.

Duo trahente vaſa flumine, æneum
Lutoque factum. Ita æneum
Ferunt locutum: ut alvei hujus impetum
Vides, ſuaſerim, ſoror,
Latus mihi applicare ventites tuum,
Uti adjuvemur invicem:
Sed illa, Voſtra non placet ſodalitas
Mihi hocce nomine, ô Soror,
Quia unda ſive te mihi ingerat ruens,
Tibi unda ſive me inferat.
Ego peribo, ſalva tu tuo manes
Ubique tuta pondere.
Propinquitas cavenda fortioris eſt,
Proinde ſimplici viro.

FAB. V. Æthyops Lotus.

Civem colore torridum nigerrimo
Vir emerat virum: AEthyops
Calore Solis hunc inuſſerat ſibi.

Idem-

Id emtor inſcius, domi
Vbi potitus eſt ſua, undique, imperat
Domeſticis, aquam ferant.
Et ipſe primus inſtat omnibus modis
Laventque cæteros jubet.
Cutis ſed uſque lota, nil minus fuit
Nigrore tincta lurido
Quod inſitum eſt labore nemo demſerit
Eo ergo parcere optimum eſt.

FAB. VI. Gallus & Vnio.

Fodens fimeta Gallus, ut cibum pede
Suis ſibique quæreret,
Preci unionem ibi invenit ſacerrimi;
Eum allocutus hoc modo eſt.
Quid invenire tale me bonum juvat
Inutile eſſe cum ſciam?
Niſi adſit Uſus omne frivolum eſt bonum.
Id iſta fabula addocet.

FAB. VII. Leo procans Puellam.

Iuvenculam perire filiam Leo
Amore cœpit impoti,
Senis bubulci, eamque mirimis modis
Studere ſe potirier,
Ei rei procatus ad patrem venit
Cupidinem ſuum oggerens.
Gener futurus ille qui Deûm manu
Potente regna torqueat,
Labore nullo homuncionis ultimi;
Et hæc & illa jactitans.
Senex, placere Regium hoc jugum ſibi
Diiſque habere gratias

Sed,

Sed, inſit, illa quam te amare ais, Leo, eſt
Puella delicatior.
Timere dicit unguium graves minas
Et aſpera arma dentium.
Nec accubabit, arma qui gerat, viro,
Amabili licet ſatis.
Id impedire nuptias latro unicum
Ratus; domi arma deſecat.
Et ungue nudus atque dente Martio
Refert gradum ad ſenem cito.
Sed ille, quod vovebat omnibus modis,
Inermem ubi hoſtem adeptus eſt,
Tot antecapta vindicare jam mala
Habere tempus autumans,
Greges ubique contrahit virûm, manu
Capeſſere arma præcipit.
Et hoſtis ipſe primus inſtat arduo
Dolare fuſte ſinciput.
Amator ille ſemivius ut gravi
Abire vix fuga potis.

Amori habere qui fidem hoſtico poteſt
Referre præmium hoc ſolet.

FAB. VIII. Capella Errans.

Capella forte de grege exſiliverat
Vagata frundeum in nemus,
Eam magiſter omnibus modis, minis
Amabilique fiſtula,
Repellere ſtudebat ad ſuum gregem,
Sed illa noluit ſequi.
Capeſſit ergo ſaxum, & improbam procul
Magiſter inſtat icere
Avi at mala vagantis attigit pedem

Eumque

Eumque fregit haud volens.
Rogabat ergo: nolit indicare ſe
Hero: Capella tum ejulans
At ipſa, dixit, hocce læſio tamen
Tacente me, canet ſcelus.
Ineptus ille damna clara qui premit
Negando confitebitur.

FAB. IX. Homo & Deus.

Homo doloſus & Deûm fidem elevans
Apollinem ſtetit prope,
Et allocutus hoc Deum eſt modo: Dei
Merere ſi decus, rogo
Avis ſit iſta viva mi anne mortua
Apollo, dictites palàm.
Deo profante, viva: peſſimus ſtatim
Volebat enicare eam.
At aſſerente mortuam, volatilem
Daturus illicò aëri.
Deus proinde ſentiens vafri dolum
Vt ipſe vis, ita eſt, ait.
Dolo Deos ſagace velle fallere
Ineptum & impium eſt ſimul.

FAB. X. Lupus & Catellus.

Lupum vagantem amore prædæ, inutilis
Catellus ex heri domo
Suprema tecta lancinavit incubans,
Malum minante carmine,
At acer ille vultum in alta ſuſtulit,
Et, optimè, inquit, omnia.
Domus ſed alta mi probra iſta non luto
Creatus occinit canis.

Favente ſorte ſæpè fortior viri
Pigentis audijt minas.

XI. Canis macer & Lupus.

Canem prehendit ante januam domûs
Sopore proditum, Lupus.
Eum vorare cum pararet, hic cani
Repente ludus incidit.
Fruare ſorte, dixit, in meam, lupe
Volente mortem, uti placet.
Sed unicum rogare te decendium
Velim; parare nuptias
Modo ſororis inſtitit pater mea,
Genetque dives admodum eſt.
Ego per illa feſta me cibarijs
Queam replere pinguibus.
Vt iſta macritudo, tute quam vides,
Repulſa lautius tibi
Meâ parare carne ferculum queat;
Lupus dat improbo fidem,
Decendiumque poſt reverſus, exigit
Eam: ſed ille ludicro
Sale in latronis eſt jocatus inſcij
Ineptias: dein, Lupe,
Vbi ſopore me prehenderis gravem,
Decendium unicum addito
Bene ut parare pingue ferculum queas
Iam adhuc macer ſum, ut anteà.
Fruore ſorte dum licet; fugit citò
Nec, ut velis, revertitur.

XII. Spes.

Minerva Martis atque pacis arbitra,
Patrona diva litteris

Prome-

Prometheo ſagaci & oppidò bono
Viro, favebat intimè.
Ei profecta longiuſculè, ut ferunt,
Coacta dolium in grave
Tuenda multa tradidit bona, inſuper
Minata grande præmium.
Recepta mente ſervat ille ſedulâ
In uſque tempus haud breve.
Negocij deinde cum ſui foret
Ei neceſſe gratiâ
Recedere inde, fratri ea optimâ fide
Reliquit, ut Dea bona.
At ille curioſus illicò malâ
Operculum levat manu,
Bona evoláre cuncta, præter unicam,
Latentem in intimo ſinu;
Spem eam vocare Palladis vocabulo
Solet Prom[illegible]ei genus.
Repentè quam intus obruit, citam forem
Repagulo premens puer.
Ita illa ſola, ſorte cum fugit malâ
Beata turba cœlitum,
Obhæret, atque pectus in malis jubet
Futura læta fingere.

XIII. Thales.

In aſtra dum ſuperna totus excubat
Viaſque ſiderum exigit.
Lacu patente ponè decidit, Thales,
Ibique penè perditus,
Inepte dixit, & polos dein ſtudes
Videre, non potens humum.

Superna ſæpè cogitatio catos
Scientiâ exigit ſui.

XIV. Vulpis & Vitis, quæ & ſupr.

Speculata Vulpis prægravem tumentibus
Vuis racemum; prendere
Conniſa ſaltu eſt; ille cum excelſâ procul
Penderet vlmo mobilis,
Fruſtrà laboris callido ut multum extulit,
Proficere deſperans, ait,
At acida galla es nos niſi bene dulcibus
Non capimur uvis veſcier.
Fortuna ſi quid non dat, aut livor negat
Sapientius contemnitur.

XV. Felis & Gallus.

Nacta dolo gallum felis, ut tradere ventri
Iure videretur, talia commemorat
Quò, ſcelerate, ſoles, exſultans præcoce cantu,
Excire è nidis ante diem dominos?
An quia perpetuo lumbos exhauſtus amore,
Inceſto fœdans omnia concubitu,
Cum vacuis nequeas oculis admittere ſomnum
Non ſinis uti alios quem capere ipſe nequis?
Fatum adeò Domini Pœnas te poſcit, vt hiſce
Vnguibus in mortem crimina tanta luas.
Talia multa adicit. quæ cum clariſſimus ales
Omnia veridico carmine reijceret.
Illa famem haud tolerans: etſi juſtiſſima dicas
Nolo tamen vacuo ventre ego iniqua pati.
Dixit, & arguti rupit præcordia vatis,
Iura procul ſic vis omnia ponit egens.

XVI. Athos parturiens.

Signa dedit quondam magno manifeſta boatu,

Terribili

Terribili gemitu parturientis, Athos.
Undique conveniunt populi, monſtrumq; tumultu
Par tanto exſpectant pallida turba metu.
Muſculus è latebris trepidans procurrit opacis,
Illa fuit tanti fabula ſola metus.

Sic hominum ſenſus illudunt fata ſupinos,
Deſinit in vanos Speſq; Metusq; logos.

XVII. Aquila & Cochlea quæ & ſupr.

Tardigradam cochleam pedibus Iovis ales aduncis
Sublimem cœlo cognatâ in rupe ferebat.
Nec ſaxoſa domus validæ perfringere clauſtra
Unguibus aut penetrare potens, huc fervidus atque hûc
Verſabat ſtimulante fame, ſub nubibus altis,
Crudeleis animos. Longè ſpeculata tyrannum,
Improba conſilio cornix affata ſagaci eſt.
Rex volucrum cui fulmineos dat Iuppiter ignes
Ferre ſolo, & nubeis pennis tranare ſonanteis.
Rupe ſuper, celſo demiſſam ex æthere prædam
Eliſiſſe voles; fidi ſic nempè penateis
Deſtituent dominam & proſtantem in pabula prodent.
Conſilium ille catum facto probat: Illicet exit
Arce ſuâ & molli fera corpore pectora paſcit,
Teſtudo domiporta, adgnato prodita muro.

Quod nequeunt vires ſapientia perficit uſu.

XVIII. Scorpius & Puer.

Innocuas ludo cum prendere forte cicadas
Inſtaret puer, erranteis hinc inde ſecutus,
Scorpius has inter ſub Sole vagatus aprico,
Intumuit viru, & caudam ſublimis in ictum
Ammonuit ſtolidum. Deſiſte laceſſere ludo
Innocuas, vel te vindex deprendet in illis,
Improviſam adigens Pœnam: qui vilia cenſes

Damna rudis populi tua te ultio prendet in illis.

XIX. Muſca ollam incidens, quæ & ſupra.

Diſtenta opimis muſca panticem cibis
In ollam apertam decidit
Et pota melle liquido.ad ſatiem benè
Nequiret inde cum egredi,
Et cur perire certa mortis, obſecro,
Nolim heic, ait, cui ſimul
Potumque pabulumque balneumque dat
In morte Parca optabili.

Conviva vitam quiſquis exceſſit ſatur
Obſtrepere non debet Deo.

XX. Lupus & Oves.

Ovi movere bella cum lupus vellet,
Patrare ſed nequire cerneret quicquam
Canum timore, ſic adorſus eſt ſtragem.
Oves adivit eſſe dejerans pacis
Amore captum, & illa longa pertæſum
Duella, velle ſe bonâ fide tandem
Frui quiete, prælijs tot attritum.
Proin rogare ſanguinariam vellent
Eam amovere beſtiam, Canes dicens,
Oves latronis exhibent fidem dictis
Simul ſuum unicum amovent, canes, murum.
Lupus, timore liber, aggredi ſtultas,
Vorare cæpit, obviam datas omnes.

Doloſus hoſtis aſtu id audet obſcurò
Nequit patente quod furore conari.

XXI. Ranæ duæ.

Aeſtu coquente rura ſub Caniculâ
Sicca palude Rana palabat procul,
Humore ſi quà forte poſſet obvio

Reſice-

Reficere corpus: Huic profundum, copia
Aquarum ubi eſſet indicavit altera,
Puteumque junctim, ſuaſit, ut deſcenderent.
At ſenior illa: Quid futurum eſt, ô Soror,
Si forſan & ibi nos aquæ defecerint.
Quis elevabit è profundo perditas?

Priuſquam agas rem cauto opus periculo eſt.

XXII. Mercurius & ſtatuarius.

Mercurius olim cum ſolutus nectare
In terram ab alto ludibundus æthere
Veniſſet; officinam init Statuariam
Viſurus ecquid eſſet apud homines Deûm
Pretium. Ergo Patris ut ſui videt
Licitatur illam. Dicitur nummis tribus
Venalis eſſe: Ridet, & matris rogat,
Perhibetur uno vilior quoque: indidem
Fratrum ſuorum quempiam è numero; audiit
Proſtare nummo, mira viſa eſt vilitas,
Converſus ergo ſtatuam ad ipſius ſuam
Quanti indicetur illa, (maximi ratus
Venire ſeſe, ſcilicet Sapientiæ
Lucrique Numen, Artiumque) interrogat.
At lætus opifex, hanc tibi addam muneri
Viſas ubi, inquit, ante præſtimaveris.

Qui ſibi videtur eſſe maximi pretI
Plerumque nihili ducitur prudentibus.

XXIII. Ruſticus & ſtatua.

Ruſticus antiquâ ſtatuam pietate colebat
Mercurij, è fago conditam in ædiculâ.
Hanc ſæpè argenti vim magnam optabat, egentis
Pertæſus vitæ & decipientis agri.
Atque ubi jam longo necquicquam inceſſere voto

Et frustrà vidit poſcere numen opes
Forte mero victus, antiquâ è ſede revulſum
Eliſumque, iſtic te cole, dixit, humi.
Qui mea tam longo non audis, tempore vota
Pauperior fatuo, credo, colente, Deus
Projecitque ferox: At quaſſo è ſtipite magna
Vis auri effuſa eſt quam pater abdiderat.
Ruſticus hanc capiens: Irato ſic mihi, dixit,
Oranti toties pende quod abuneras.
Sæpè malis Fortuna viris Clementior illa eſt
Debetur ſanctæ quæ Pietati hominum.

XXIV. Canis & Paſtor.

Rure canem quondam vigilacem paſtor habebat
Ipſe cui ſuetus præbere diaria ſemper,
At caſtigandum cum fors data noxa, locabat
Alterius manibus: Canis hæc ferre impos, iniquum
Servitium exivit fugiens: Cum forte deinde
Incideret dominum longum poſt tempus: amaris
Incipit ille ferum proſcindere vocibus, & tu
Bellum mancipium, quas, inquit, fingere cauſſas
Quaſve fugæ ſimulare potes? cui ſemper alendo
Ipſe meis manibus non inſervire peperci,
Ille, ea nata fugæ mihi cauſſa vel unica juſtæ
Non eadem officium quod compenſaret, & iram
In Pœnam exigeret, facto, manus, impia in uno.
Præmia quâ meritis ratione reponit eadem
Criminibus Pœnas qui vir vult juſtus haberi.

XXV. Ruſticus & Juppiter.

Cum Iove, dedignatus non tempeſtiva ferenteis
Temperies agros cultu quod falleret, olim
Ruſticus inſtituit litem: Saturnius ergo
Simplicitatem hominis facto arguere inſtat, & illi

Ad

Ad lubitum nimbos & clara ſerena daturum
Promiſit: toto cum habuiſſet ruſticus anno
Temperiem ad nutum cœli; tamen improba meſſem
Eluſit Ceres, & peperit ſine ſemine culmos.
At pater ex alto miſerum ſolatus Olympo
Agricolam; tu, dixit, opus ne perde colon
Officium inſtaurans, & ruſtica fortiter urge:
Ne te temperies defecerit ætheris almi
Nos penes arbitrium eſt, ea cura tuentis ab alto
Urge alacre officium & crudo ne parce labori,
Proſperitas venit & felix Eventus Olympo.

FINIS LIBRI. IV.

C. BARTHI

FABULARUM ÆSOPIARUM.

LIBER V.

I.

Aſinus pellem Leonis indutus.

PELLEM *Leonis nactus inſignem coma*
Villiſque, Aſellus, [illegible]ulis.
Latè trementeis egerat campis feras
Indutus hoſtileis jubas.
Rimata vulpis Regiam veſtem pigri
Eluſit excordeis minas.
Mox & frementi detrahit pellem, omnibus
Riſum propinans beſtijs.
Adſcita virtus interit vafris ſimul
Objecta pugnat hoſtibus

II.
Corvus & Anguis.

Aprica Sole dum loca anguis incubat
Eum putavit eſſe, Corvus, exſtinctum;
Proinde prædam habere: dum involat Sopor
Ferum reliquit; ingruens gravi ſpirâ
Pedem Latronis implicavit improbi.
Eumque vulneravit. Ille jam Morti
Malæ propinquus, ah miſer, miſer, canit
Cibum autumabam, is eſt mihi necis cauſſa.
Perit pericla qui minoris æſtimat,
Gulæ, ut queat parare dulce pulmentum

III.
Corvus ægrotans.

Malè eſſe Corvus oppido ſibi ſuo
Patri occinebat, & ſalute pro ſuâ
Dijs vovere vellet ut ſacram dapem
Rogabat: ille filij audiens preceis
Salutis, inquit, an putas Deis tuæ
Placere Vota, nate, qui Deûm focos
Rapace ſemper involaveris pede!
Dijs placere neſciunt mali preces.

IV.
Leo Ægrotus, quæ & ſupra.

Confectus ſenio fractaque ætate nequiret
Cum Leo jam prædam ſolitâ virtute parare.
Fraude feras ad ſeſe alto reſupinus in antro
Multa querens, longoque trahens ſuſpiria pulſu
Allicuit, quas cum ſpelunca nactus opacâ
Corripuit ſubito, atque alvo mandavit hianti.
Venerat huc etiam Vulpis cordata proculque
Regiâ ab horrenti corpus ſpeculata tyranni

Conſti-

Conſtiterat. Tum cordolij Rex pectore ab alto
Exhaurit gemitum &, ſoror ô Cariſſima dixit
Quid procul amplexum ægroti fruſtraris amici?
Tende gradum juxta atque tuam te confer in aulam.
Ille tuus quondam ſenior, ſolare jacentem.
Vaſra dolum olfaciens; non ego tanta recuſem
Dixit, amore tui: ſed me veſtigia terrent
Omne te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Judicio tenui vitat Sapientia damnum.

V.

Ciconia & Vulpis.

Ciconiam vocarat hoſpitem vulpis.
Quadram huic liquente jure tradidit plenam.
Ciconia inde nil cibi ut frui poſſet.
Tacebat illa, & abſtinere cauſſata eſt
Latentis ob genus quod abditum morbi.
Perendie ipſa ducit hoſpitem Vulpem
Vitrumque ponit oppido altum, & anguſto
Foramine excavatum, ut ipſa vix roſtro
Inire poſſet. Interim fames vulpem
Acuta macerabat, ora lingentem
Vitri nitentis; hanc Ciconia affata eſt:

Pati ſua eſt neceſſe perfidum exempla.

V I.

Aſella bajulans, quæ & ſuprà.

Deam olim aſella bajulabat auratam
Eam colente plebe, poplite inflexo,
Honoris ergo, aſella, id autumans privi
Sui patrari, in arduum exijt faſtum.
Et arrogante reſtitit pedem greſſu.
Ferociam magiſter ut rudem ſenſit
Dolare fuſte cœpit imbroba tergum

Dea

Dea ipſa non es, ut Deam geras, dicens.

Honoribus tumere non tuis noli.

VII.

Cicada & Formica, quæ & ſuprà.

Famens cicada jam appetente vi bruma
Iter paravit ad ſepulcra Formicæ.
Eam obſecrare vellet ut ſuo ſeſe
Cibo allevare: Tum perita formica
Quid actitaſſet in caloribus Phœbi
Cibum undiquaque ſuggerente Naturæ
Eam rogavit: Illa Muſico dixit
Canore ruſticos fuiſſe ſolatam.
Quod ergo reſtat, illa reddit, æſtate
Canendo tritâ, hyems terenda ſaltando eſt.

In otio Juventa cui malo trita eſt,
Senecta egere jure debet ætate.

VIII.

Leporeis.

Lepores vitæ deſperanteis
Subiit quondam tradere letho.
Curas lethi ſemper acerbas
Seſe ſemper pone ſequenteis.
Placuit denſum cogere cœtum
Vndique totum excire Senatum.
Auriti adſunt ordine longo
Populi, ſcribunt Proceres vota.
Atque exſcriptas tribubus cunctis
Tradunt longâ ſerie Leges.
Leporum adſcitum jure Senatum
Cenſere imo ex ordine ad alnum
Vitam ponant fortiter omnes.
Fœtam tantis quippe periclis.

Inopem

Inopem certi nominis, & vi
Fati excuſſam præpete cultu.
Quos Naturæ tradidit ordo
Perpetuo ſine fine timori
Animo rapiant fata virili.
Potior vitâ mors bona triſti eſt:
Placuit cunctis fortior ire
Contra lethi flebile punctum.
Alacres ergo poſito currunt
Pro ſe intrepidi quiſque timore
Mergere primo flumine ſeſe.
Flumen proni jam ſuper altum
Corpora primi librare volant.
Audiverunt gurgite in imo
Inſolitum vada tangere murmur.
Trepidum, ranæ, conticuerunt
Mox ſeſe omneis, agmine facto,
Ex deſertis undique ripis
Fluvio mergunt; Lepores vitam
Ponere certi, ſtupidi hæſerunt,
Annis ſenior cum catus unus.
Socios turpeis ponere curas
Hortatus dedit argumentum,
Vivere poſſent unde volenteis:
Ratione bona tempore in agro.
Multum timidi, dixit, amici,
Longe exſangui Rana timore
Superans ſtultos Leporeis vivit.
Cum ſint qui nos timeant ipſos
Cuncta timenteis, ſuadeo Vitam
Conſervemus, quodque dederunt

Fata

Fata doloris, rite feramus.
Ad ſenſerunt voce manuque
Vndique cuncti, ſicque redemti
A jam certi turbine lethi
Advenerunt ſecula noſtra
Timidi nulla Lepores mente.
Quorum creſcunt undique ſecla
Et ſe latè ſubÿcit alta
Indeſeſſam ſtirpe propago.

Nemo cauſſas ponere Vitæ
Miſerè quam vis contemtus habet.
Ipſo ex letho naſcitur olim
Jam projectæ Gratia Vitæ.

IX.

Ranæ & Rex.

Secla cum Reges animantum haberent
Omnia, & Ranas ſubÿt libido
Sceptra Regalis Domini à ſupremo
Poſcere Rege.
Ergo clamoſis ſibi cantilenis
Principem poſcunt Iovis à favore,
Riſit & truncum, Pater, in paludeis
Miſit acernum.
Aſpero primum trepidæ tumultu
In paludoſas redeunt Lacunas,
Mox ſuper Regem petulante Ludunt,
Plurima ſaltu.
Vidit iratus Pater & ſecundo
Principem oranteis dat habere longo
Alitem roſtro; necat Ibis omneis
Quæ pote apiſci.

Sæpè mortaleis ſua damna poſcunt,

Ergo

Ergo componant moderata Vota,
Quod dij donant ratum habere fas eſt
Abſque querella.

X.

Rana & Mus.

Rana & Muſculus invicem furebant
In letale odium, cruenta tandem
Infelix genus in duella raptum eſt.
Hos vidit procul ales, & volatu
Pernix præpete, milvius, ſecutus
Ambos devorat, unico ſepulcro
Hoſteis condere doctus impotenteis.
Quiſquis civica bella commovebit
Externum metuat, monetur, hoſtem.

X I.

Mors & Amor.

Mors & Cupido quondam iiner ſimul
Ingreſſi, adulto Sole cavent ſibi
Ab altero alter, ne ex acutis
Damna ſibi parerent ſagittis.
Sed nocte prima Mors pharetram rapit
Et ſemiſomni tela parat manu,
Errore ſed decepta, Amoris
Prenderat igne ſatas ſagittas.
Nec ipſe ſenſit Fortis, Amor, dolum,
Et manè telis mortiferis capit
Gravem pharetram: Nunc Cupido
Letigenâ Iuvenes ſagittâ
Mors ſæva tangit decrepitos ſenes
Amoris igni: Fata favent dolis
Inſaniæ telis ſenectus
Mortiferis premitur Iuventa.

Nec flore certo fiſa ſibi Deos
Aetas ferenteis ſperneret, at ſibi
Prudentiam diam arrogaret
Orba animi Furijs Senectus.

XII.

Auriga & Hercules.

Saxis onuſtum obhæſerat luto ploſtrum
Ibi bubulcus voce maximâ Divos
Inclamitare, nil ſed ipſe conari.
Digito nec uno tangere arduam molem.
Olli ſupremus robore adſtitit divûm
Manumque juſsit applicare Tormento
Ita, fatus, auxilium invocato divinum
Ignaviâ ne Vota tute corrumpas.

XIII.

Vulpis excaudis.

Capsâ in dolosâ quæ reliquerat caudam
Deprenſa Vulpis, ægrè abinde luctata
Suadere cunctis una vulpibus cœpit
Inutile illud pondus, à ſuo exemplo
Cunctæ abſicarent, eſſe ſe altero tanto
Venuſtiorem & aptiorem, eo objecto,
Curſu ſugæque: tum ſoror ſenex quadam
Piloſa dixit, At tibi niſi adverſa
Fortuna caudam deſicaſſet, exemplo
Omnes juberes de tuo eſſe caudatas.
Ut turpidinem doloſa gens privam
Amoveat à ſe, inurere omnibus quærit

XIV.

Aſinus, Simia, Talpa.

Querenti aſello & ejulanti ſimiæ
Quod ille cornibus careret, hæc caudâ

Compreſſit ora, Talpa, tali carmine
O cæcitatis adſpicite miſeriam hujus.
Hæc vos docebit abſtinere his queſtibus
Aliena fata cum tuis ubi expendis
Minoribus majora dant ſolatium.

XV.

Vulpis & Leo.

Exanimata Leone repente exhorruit olim
Conſpecto primum, Vulpis; viſo illa ſecundum
Extimuit paullum, minuente pericula ſenſu.
Tertium ubi intuita eſt, ultrò ſtetit auſa ſalutem
Dicere, quod timeas placidum cito reddidit Vſus.

XVI.

Aulicus & Ruſticus.

Leporem ferebat Ruſticus quem venderet
Eques obvius, pretium feræ
Rogavit, & librare ſimulans, accipit
Volente Domino, beſtiam.
Mox incitato protenus fugiens equo
Prædam doloſus abſtulit.
Spoliatum ubi ſe Ruſticus ſerò videt,
Heus, inquit, hunc dono tibi
Leporem ferebam Domine, pro tuo utere,
Amiculi memor tui.
Ex Sorte ſæpè naſcitur Virtus mala
Prudentia Mortalium.

XVII.

Muſca.

Plenam elixis carnibus ollam
Incidit olim muſca vagatrix.
Cumque ad ſatiem è jure bibiſſet
Morti obnoxia, conſolata eſt

Seſe dictis hiſce obeuntem.
Pota & lauta & pranſa volenti
Animo pereo, nata perire.
Horum cauſſa ducere vitam.
Lacrimis pareat cui dant Vitam
Fata petito claudere fine.

XIIX.

Pavo & Cornix.

Avium ſenatus dum creando Principi
Suffragia legit, plurimo
Regnum dedere calculo Pavoni, eum
Digniſſimum ob formam rata.
Et multitudo penè vicerat cum eam
Compeſcuit cornix manu.
Silentioque facto & Aquila hoc Rege nos
Præterita ſi bello petat
Defendit ecquis ſubditos? Hoc carmine.
Inhibuit Imperium abſonum.
Ineptus ille ſceptra comprendat manu
Qui ſe tueri ipſum nequit.

XIX.

Mures.

Cum damna Felis multa Muribus daret
Illi Senatum convocare, ut ſciſcerent
Aſtutiam vitare quo quirent modo.
Cum multi ab ordine uſque ſummo ad infimum
Pro copia nataque re multa abſona in
Medium attuliſſent, ultimis ſuffragijs
Quidam ſenecta canus ætate, & ſibi
Prudentiam muſſantibus dans cæteris
Nolam paraſſe dixit, illam belluæ
Collo alligarent, unde venientem audiant,

Soni-

Sonituq́ facile proditam fugiant procul.
Pleriſq́ placuit tale conſilium benè,
Et jam tumebat auctor, & Sapientiæ
Opinionem per tribus probaverat.
Cum de minorum gentium ſubſelliȷs
Quidam rogavit, ecquis eſſet murium
Nolam alligare qui ſonantem belluæ
Auderet? hoc ſermone conſilium cadit:
Male colliqueſcunt viſa primitus catâ
Conſilia fatua, cum gerenda res venit.

XX.

Vir uxorem in flumine quærens.

Submerſam fluvio adverſo torrente maritus
Uxorem quærens, re ſatagebat in hâc.
Obvius huic ecquid contrà vim fluminis iſthic
Adſcendens, merſum quæreret, hoſpes ait:
Ille, meam uxorem. Vivens quæ moribus omnes
Contra erat, in prono hanc quærere deſipere
eſt.

XXI.

Gallus & Vulpis.

Gallus Caniſq́ olim iter inſtiterant ſimul
Communem amicum viſitatûm, carpere.
Cum nox tenebris fulgidum indueret diem,
In arbore altâ monſtrat hoſpitium canis.
Radice velle ſe ſub hac quieſcere.
Gallus cubile peteret in cacumine.
Qui cum ingruentem è more præcineret diem
E proximo, ſpe prædæ, adeſt vulpis cavo
Sacrumq́ Soli conſalutat alitem
Rogare porro copiam ſui ſibi
Faceret precanti, cupere ſe miris modis

Os ſuaviari tam eruditum & candidum.
Pellacis ille ſentiens hoſtis dolos,
Soror ô faceta dixit, Hercules tecum
Futura ſuavis iſta converſatio eſt.
Cuſtode ſed tenetur hoc limen, niſi
Aperiat ille, non potero deſcendere.
Rata ergo id unum vota vulpis perfida
Morari, adire & ſuſcitare ſedulo
Clamore cuſtodem; ille ut abſterſo feram
Sopore vidit, impetu facto illico
Dilaniat odij in tempore antiqui memor.

Cave dolo agere, fraus ſuum auctorem petit.

XXII.

Calvaria.

In triviis quondam calvaria glabra jacebat
Relliquiæ humani capitis, cui fata ſupremum
Invidére decus. Puer hanc petulante lapillo
Inſultans petit & convitia plurima jactat.
At lapis impulſu teretis rejectus ab oſſi
Inſiluit faciem fugientis, & aſpera rupit
Vulnere lethali confinia frontis & auris.

Projectos calcare cave: Sacer ille Deorum eſt
Qui patitur, tutelam habet hic in vindice Pœnâ.

CASP. BARTHI

PHOENIX.

C. BARTHI

PHOENIX.

DVm tua mortalem reduci miracla per orbem
Vulgamus cantu & veterem inſtauramus Honorem.
Deſitaq; antiquis atavorum à moribus ultro
Dona damus, & thure focos & termite poſteis
Ornamus Chriſti, puroſq; per hoſtia cultros
Rite cadit, vittamq; tenet longæva Sacerdos,
Alma fave cœptis par immortalibus, ales,
Cælicolis, cui vita necem, Mors altera vitam
Præſtat, iò æterni proles reparabilis ævi,
Poſteritaſq; tui, pater ortus ſemine Nati,
Seq; ſati Patris debens natalia flori
Filius, & Genitrix, & nata parentibus uxor.
Hæres ſera tui, quæ cum ſuccedere certas
Ipſa tibi, perijſſe potes quo vivere poſſis.
Sancta triumphatrix æterni temporis, in quo
Cum regnes, ubi ſera quies, æſtuſq; ſenilis,
Adfecére novo pugnantia frigore membra
Faſtidis Senium, juveniq; recepta Calore
Torpida membra ſitu feſſoſq; prementibus artus
Exoneras annis, reparaſq; exordia fine.
Te canimus, tu digna Deo: tu fulminis ingens
Sola ſubibis onus, ſceptrumq; atq; ægida geſtes.
Quæ dum florentis vitæ confinia Mart
Reſtituis placidæ, ducis nova ſecula filo

Perpetuo, rideſq; ſecanteis ſtamina Parcas.
Sæpè tuo Lacheſis ſtupuit conterrita fato
Conciditq; aciem; flos inter amabilis ipſa
Fata redit, Vita Mors eſt nova cauſſa reverſa.
Intereà magno Ditis fremit Aula tumultu
Aeternam exſpectans volucrem, quam Nobilis ignis
Emittit caſia flammis, fruſtrà illicet ingens
Ianitor in numeros ſcribit tua nomina functos.
Cum jam ſera peris, rediviva renaſceris ex te,
Eludiſq; necem, & quamvis modo mortua, vivis
Flore novo, cum Vita fugit, morsq; inſtat in huius
Succeſſura locum, Medio nova tempore nullo
In vacuum venit & jam rupta exordia nectit
Fine alio Colus, & finem ipſo in fine relinquit.
Splendidus è buſto volucer vitalibus alis
Mille volat poſcens annos, Iovis Optima vivum
Cura videt, ſervatq; obitu, reparatq; necando.
Omnia qui vacuo rictu populantur Averni
Fruſtrà inhiant functum, redivivoq; alite pallent.
Ille triumfato ſua per cunabula letho
Iura procul Plutonis habet, volat aureus aſtris
Noctis ab intuitu generoſior, atra ſuperbum
Regia, & infelix nebularum turbo, tenebras
Rumpentem æterna Mortis, liventibus ultra
Luminibus ſpectare negant. Super omnia rerum
Nomina mortiferis ales reparabilis orſis
Exſcendit ſuperos, Lunariaq; aſtra relinquit.
It ſua trans præſcripta ingenti tempora paſſu
Immortalis avis, totieſq; exuſta reſurgit
Tædiferi quoties ſenij vult ponere curas.
Ergo obitum in cunas nullo molita tumultu
Transgreditur ſua fata, & victa ſtamina Parca

Continuat, moriendo novans primordia vitæ.
Buſtaq; cum condit cunabula condit in illis.
Tu quoties, te fœta, paris Natura latenteis
Tota abit in Curas & ſe molita per orbem
Miratur vitam in mediam ſuccedere Mortem.
Invenit illa novam dubitans, nec credit adepta
Poſſe aliquid contrà Fati Legesq; modosq;.
Tranſilit humanis indultas ſenſibus arteis
Vt ſacrum volucrem, decus immortale, necando
Ingerat in vitam & buſto ſua fœdera ſervet.
Vt gravidum innumeris evolvitur ignibus aurum
Quoq; magis flammâ coquitur, magis uberat in ſe
Ingenuum reparans pretium diſcrimine ab ipſo.
Dum penita excoctum de fæce recedat, & intus
Aeternam ſervet flammam, Mera Solis imago.
Sic æterna Deûm volucris, dum maximus Orbis
Servabit numeros præfixaq; tempora vertet
Purior igne ſuo ſemper reditura ſeniles
Excoquet induvias ævi, gaudensq; juventâ
Vt poſitos flammis, flammis reparabit honores.
Cum tædere ſitûs, cum turpi obtecta veterno
Viſa ſibi eſt, non vitali ſua fata diesq;
Sublevat auxilio, medicamen ab indole mortis
Adſciſcit timidæ, dumq; interit, orta reſurgit,
Concepit ſe vitæ necans, uterumq; rogumq;
Confundit, cineres proprios paritura, ſibiq;
Mater, avis, prolesq; patris, oritura mariti.
Ipſa rogùm caſia & beneolenti ſtruxit amomo,
Intereà, Thetyos è glaucis abdita portat
Dona vadis, vix nota Dijs dat aromata tellus,
Aeriæ ſtipantur opes: Elementa laborant
Divitijs, ſtudiumq; ſacros teſtantur in ignes.

Sepoſitis Natura cavis eventilat ingens
Theſaurorum opus, & ſtudiis intacta Sophorum
Argumenta perennantis non cognita Vitæ,
Herbasq; fruticesq; ſacros, æterna metalla,
Gemmasq; arcanas & non deſcriptile robur
Succorum, Ambroſiæq; & nectaris aurea pocla.
Queis novus e pelago rediens Sol ſplendida comit
Arma diei, Luciq; jubar reſtaurat honoræ.
Queis ſua Lunaris reparat diſpendia formæ
Terrigenûm Diana potens, queis ſidera paſcit
Mater, & infeſſas ſolet inſtaurare choreas.
Hæc ubi convenere, ſuo quæque indita nido,
Defectûs ſenio circum loca cognita Phœnix
Metitur ſpatium, & buſti jam certus amœni
Stipat opes portans, miroq; volumine textûs
Egregiam ædificat molem beneolentibus aüris.
Mox Speculá e Phæbi radium Phœbeius oſcen
Implorat, lætoq; incumbit corpore in aram.
Iamq; ſuum in tumulum vivis clangoribus inſtans
Venturam in mortem vitam & nova fata ſalutat.
Nec mora purpureum concuſſo vertice crinem
Mittit in arſuri vitalia funera alumni
Fons Lucis, Mundiq; oculus, ſua Lumina, Titan,
Tum demum indulgens totis operantia flammis.
Parte alia Zephyri blandùm ſpirabile murmur
Immortale ſonans, thalamo invariabilis Hebes
Egreditur, radiumq; dei complexa fovendo
Spargit in Ambroſiæ molis ſuperabile textum.
Ilicet ignis inexplicita ratione ſecutus
Vita'eis latebras divinum corpus amatæ
Reſtituit volucris Vitæ ſeq; omnis in unam
Inſumit, nataq; recens in morte relinquit.

Illum

Illum Naturæ cum jam ſanctiſſimus ordo
Graſſantem videt in fixæ myſteria Vitæ
Nectaris exſtinguit lacrymis, ſecretaq; vergit
Thura ſuper, ſenibus annos reparantia divis,
Relliquiasq; animæ ſorbet morientis in augmen
Natalis Novitas, cunasq; vigore ſequeſtro
Aptat avi: pallet vacuo Libitina feretro,
Pallet atrox Lacheſis nec tum pote forfice crudâ
Lædere mortaleis, Parcarum regula, Vitas.
Otia habent Manes, nec ſutilis atra carina
Per vada ploranteis Erebo tranſmiſerit umbras.
Quippe avis æternus Parcas vigor occupat omnes,
Expugnatq; adamanta, rudem concedere cœlo.
Fatorumq; adyta & ſcita immoritura fatigat
Saturni, proprio renovatus ab exitus ortu.
At prius ac Radium Phœbeâ è lampade buſto
Impetret exſequias Phœnix moriturus in ortum
Ipſe ſuas explet, mundumq; canore ſenili
Triſtitiam docet æternam, feſtinat Amorem
Nacta ſui, mœſtoq; annos fugit ore Iuventus.
At ponè in medias flammas cedentibus igni
Semunibus Genium inſpirat deſerta Vetuſtas.
Annorum tenor, & Rota Temporis, impete victo
Cumq; Dracone ſuo trux falcifer otia perdunt
Dum ſacram conantur avem; dùm fallere fœdus
Naturæ, Vigilemq; alacrem ſopire Deorum:
Omnia quæ vacuis diſpergunt irrita ventis
Phœbeâ Radij primum de Luce ſecuti.
Quos inter media florentis fronte revulſus
Cor tetigit Phœnice novo; dumq; hoſpes in ipſa
Vita ſui morte eſt, ſtatuit de morte Tropæum,
Ecce Iuventa redux molitur imagine cæcâ

 Semina

Semina vivendi, ſtipatq́; ea verme novello.
Ille, rudis primo, neq́; gnara nec inſcia Vitæ
Maſſa, patris vireis redivivo è funere ſurſum
Erigit & populos avium conterret hianteis.
Hærent regaleis illi circum agmine facto,
Exſuvias proniq́; obitum flagrantis adorant.
Quæ numquam ſenio, volucris, morbove luive
Aut rapidis fati ſe perdidit obvia pennis
Pro ſene longævo ſubit in Phœnica recentem.
Iamq́; alas criſtamq́;, auratosq́; unguibus uncos
Purpureamq́; trahit caudam & miratur habendo.
Mox aciem Phœbi genitalem, & lampada matrem
Atq́; hilareis ſuperos, grato clangore, ſalutat.
Ecce ego, veſter Honos magnorum ante omnia pollēs
Miraclorum anima, & Mundi redeuntis imago,
Me genitore obiens poſui decermina vanæ
Victa Senectutis, mihi poſthumus atq́; ſuperſtes.
Hæres ipſe mei, meus auctor, origine fine.
Plura locuturum, quis enim hæc dixiſſe negabit ?
Stella ſinu magni Iovis occupat, inq́; Deorum
Deſertas nuper ſedes ſine labe reducit.
Florentem fatis; hinc circite temporis acto
Mille per ambages, trans anni exordia magni.
Mortaleis nidos hominum, terramq́; reviſit,
Vnde ſuæ patitur tamdem contagia Vitæ
Cumq́; Laboriferis mortem partitur amicis.
Mimica dum poſitis ſubit & fugit otia vitæ
Induvijs, dixére viri, dixére Poetæ
Viſam oculis volucrem mortalibus; & ſua buſta
Cæleſtem monſtraſſe operam. Mortalia ſi fas
Aequiparare Dijs, talem me Læta juventus
Antiquos valet, exterſo padore, Poetas

Reſtituen-

Reſtituentem acieî Solis, unde excita Vita
Mille alios annos recidivo flore fatiget.
Vnde quoq́ in noſtram veniant nova ſecula Famâ,
Barthius audibo Phœnix Phœnicas alendo.
At melior celſo ſe ſpes oſtentat Olympo
Quæ famæ quoq; fulgentis contemnere honoreis
Seque ſequi interius mentem jubet, aſtra petentem.
Scilicet ut maculis conſperſa nigrantibus omni
Vita modo eſt, hæretq; atava de peſte lucla
Ima notans nævis fæcundi pectoris arma.
Sic pertæſa ſui, mortalibus hoſtica culpis
Adſpirat puræ Genium Mens Enthea Vitæ.
Infectumq; Chaos vitijs & turbida morum
Secla procul ſpernit, nec ſeſe agnoſcit in illis.
Ergo acie inſignem ſpeculata vigente per aſtra
Poſcit in ærumnas Hyperionis ardua flammam.
Vt buſti jam certa ſui, tumulumq; ſuperſtans,
Spe vitæ reducis, vitæ melioris ab alto
Deponat triſtem illuviem, Geniataq́; puro
Igne Dijs parileis ſubeat ſanctiſſima Curas.
Sic procul æthereâ è ſpeculâ Phœbeia lampas
Largitur Radium, percepto pectore qui ſe
Ipſa animæ penetrat penetralia in invia viſu.
Vnde renata ſui per funera corporis ingens
Succedat cœlo ſobolesq; parensq; ſuarum
Virtutum, Volucer, verum Phœnica Poetæ
Dixerunt Chriſti; qui cum hic variabile tempus
Humanis colit ærumnis, ſpe proximus aſtris
Venturam in vitam flagrantia Lumina torquet.
Lumina quæ nitidos radijs elata per axes
Perpetuum cernùnt decus, Atq; in ſanguine Chriſti
Eminus inſignem poſcunt pleno ore Coronam.

Illa nitet cœlo ſeſeq; oſtentat amicam.
Et jam oblita ſui, vaniq; oblita tumultûs
Curarum mea Vita Deo ſuper alta vocante
Aſtra vehi, buſtoq; ſuo ſibi condere Cunas
Gnara, mali contemnat opus Tortoris, & ingens
Examen pleno derideat ore Dolorum.
Sic longæva ſuæ tandem pertæſa Senectæ
Exit in egregium renovata per ordia florem
Vita novis conſtans annis, nova Tempora flammis
Evolvens mediјs, Elementa per omnia curſu
Veloci translata procul: Mox corpore pridem
Defuncto, miriſq; modis renovabile textum
Adſciſcens Animæ, deſperatiſq; revincta
Ex ſuviјs, læto æternum ſuccedet Olympo.
Tota quidem; quia totus homo, peccamine tetro
Deformis pridem, Chriſti ſed Amore Renatus,
Omnibus inſperſas vacuum per inane latebris
Oceaniq; vadis, terræq; immobilis antris,
Et Flammæ radiјs, repetet cunctasq; reducet
Particulas priſcam in molem, ut quoq; corpore toto
In ſeſe rediturus homo, pia præmia Vitæ
Aut pœnas ferat æternas, ſi credere Chriſto
Noluit & ſanctis Oracula tradita dictis
Contemſit vita in facili erroriſq; viæq;.
At dum lenta ſuis pendent myſteria met
Et pater abſentem præſens largitur Amorem
Filiolis, ne tantarum fuga pectora rerum
Mobilitasq; feræ ſortis mala faſcinet in ſe.
Spem dedit & certo ſignavit fœdera juſſu.
Quæ brevibus non eſt edicere carminis orſis.
Poſtquam, Iſai germen, termes, rata Tempora, David
Emanuel ſignavit Homo; ſuper ardua Cæli

Atria,

Atria, & Oceanum & terræ Omniparentis honores
Vivifico fervore natans; quo maxima Mundi
Regia, & in florem rerum cadit Entheus Ordo,
Spiritus; interpres Vita, Natiq; per ora
Aeterna æterno procedens flamine Patris,
Mundi anima immenſi, Cælorum ambaginis Actor,
Flamma Dei, fœcunda Deo, Deus ipſemet in ſe,
Per tacitos artus rerum diffuſa, per omneis
Unica mens mentes. Lux aurea, Cæca tenebris
Qua ſine Sol volvat obtuſo lumina Cælo.
Sancta Dei Triplex Majeſtas, Trinus in uno
Nempe Deo Deus, & numerum ſuper & ſuper orſa
Spiritus infuſus gremio ſine labe puellæ
Spiritus omnipotens, natum Omnipotentis Iovæ
Omnipotentem alvo parva concluſit, & illum
Conceptum æterna, præter primordia, vitâ
Concepitq; Deum Virgo, atq; hominem edidit ex ſe.
Quid tibi divinos, mens enthea, condis honores
Conſtipasq; animam, miraculaq; ardua verſas?
Nil opis in verbis cum nec natura capaci
Miraclum hoc gremio, nec mens capere auſit herilis,
Angelicis par ſideribus; queis maxima coram
Majeſtas divina patet; nec nubilus error
Subtrahit ad miſta Cæli ſpectacula terrâ.
Summam operis titulus, ſibimet mirator, habebit.
A DOMINO FACTUM EST OCULIS MIRABILE NOSTRIS.
Et quid enim immenſo par aut æquabile nato
Terra Dei finita gerat? Qui circite Magno
Unius in facie digiti mare, ſidera, Terras,
Aeraq; amplexus vacuum; cui celſus Horizon
Punctum obit argutum: ſubtilis imagine pomi

Terra

Terra natat, ſcutilæ Oceanus dat ſigna patellæ.
Ipſe ſuper rapidorum Equitans, ſine Remigis uſu,
Ventorum pinnas, ſeclorum ambaginis auſpex
Et Finitor herus, ni' factum aut deinde futurum,
Conſpicit, in ſeſe præſentia cuncta reducit.
Omnia cui nihilum, cui Nil ſunt Omnia, nutu
Cum lubet extremo famulanteis verſat Olympi
Orbibus implicitos Orbes, ſine Tempore Tempus,
Fons rerum finisq́, extrema &, Linea, princeps,
Omnia qui infuſu Vitæ florentis adoptat
In ſpecies, diribitq́, modos, & Tempora ſignat.
Omnia in Vno omni, Triplex unum, Vnica trini
Majeſtas Domini, non Tres, ſed Ternus in uno.
Ens ipſe immenſum, titulus cui maximus IPSE eſt.
Huc ſpes Sancta viros promiſſaq́, fœdera ducunt
Terreſtreis calcare operas, ſuperabile Morti
Faſtidire genus, quocunq́, Superbia Vecors
Vanarum ſe extollit opum. Mens Enthea ſervat
Fixa polo nullis exterrita Lumina Flammis.
Donec ab æterno felix ſe Sole remittens
In buſtum Radius victuri corporis alto
Deſcendat, cineriq́, artus & debita pridem
Membra rogo dedat: Volat è vitalibus ales
Excidij flammis Anima, & Loca caſta parentum
Structa piis animis ante alti exordia mundi
Occupat: in ſua ſeſe Elementa putredine corpus
Reſtituit, vivace manens. Cum tempora circum
Iuſta ſuus numeris abſolverit Ordo refixis.
Illicet ut claro tuba Martia clanget Olympo
Iudicium commune hominum ſeſe omnibus idem
Evolvet latebris, qui conditur, & modo mille
Particulis dilatus homo, nomenq́, genusq́,

Perdidit, & nullo ſub pulvere tabuit in ſe.
Hæc meditari his fas mentem exercére loquelis
Dum datur in ſpatium obnitens ignobile Vitæ.
Hujus in exemplum doctrinæ, & nobile Pignus
Poſteritas Phœnica meum, mea carmina judex
Indocilis Livoris habe. Quæ ſecula volvunt
Curasq; ſtudiisq; immortua ſenſa profanis
Pono tuum ad Limen. Viroſa Calumnia contrà
Turgeat inſidiis & ſeſe inſumat in æſtus
Peſtiferos; ſtabilem mihi Rex altiſſime mentem
Siſte Polo. Cum Tempus edax mea corporis antra
Preſſerit in cineres, & de tam mente ſagaci
Relliquiæ in vitá nullæ cernentur inani,
Tu tamen hos mecum meditare novabilis orſus
Poſteritas, pariliq; tuos Ratione minores
Ad divina trahe, & mortaleis excute Muſas.
Quippe quod in Vitâ communi atq; Ordine rerum
Cunq; viget, periturum, aberit cum monine certo
Mors. ſua cuiq; ſuis hærens advenerit oris.
Speſq; Fideſq; Deo data, nullá ſorte revulſa,
Trans cineres, putriq; ſoluta cadavera tabo,
Trans tenuem in ſumma pallentem ſcilicet urnâ,
Trans memores fatus, trans ipſa Oblivia mentem
Servat, & in gremium ſancti comitatur Iovæ.
Illic blanda patrum promiſſio tradita genti
Florebit tandem, bonaq; omnia læta tenebit
Quæ nunc per Varios æſtus Pietatis anhelat
Tangere mente Labor. Non hæc examine duro
Dona tibi ſuſpenſa putes. Breve temporis orſum
Prævolitans pateris quæ triſtia cunq; videntur.
Aeternis te dia manent data præmia metis.
Et quid ad immenſi numquam rumpenda putabis

Tem-

Temporis eſſe brevis nomen miracula parvum?
Tu te cum cunctis opibus curisq; Iocisq;
Præteris in puncto, nec & hoc pote fingere certum
In vita ſupereſſe tibi! ſanctiſsimus illic
Iurat certa Deus te gaudia gaviſurum
Certa quidem nec præpetibus jam obnoxia pennis
Temporis infeſti, cujus mortalia Legem
Cuncta timent iſthic: at, vitæ ubi redditus almæ
Iamq; renatus homo, cum Chriſto ad ſidera tendet,
Ipſius illud agens retrahensq; modo omnia nomen
Temporis haut ultrà magnas protendet habenas,
Sed nec erit penitus, quia in Omnibus Omnia Chriſtus
Aeternum, æternum, cum toto exordia ſine
Omnia tunc periere, omnis ſe Gratia in omnes
Nempe piorum animas imis largita latebris
Non alio quum quo viget ipſa in honore beabit.
Contrà triſte fremens & ſe ſibi teſte diſerta
E libris Sophie mortalibus ardua verſat
Argumenta trahens, Rationi infeſta fideli.
Scilicet unde artus repetet tot in invia viſu
Particulas momenta novans homo? futilis ergo
Omnipotentem operum Dominum Caro ſiſtere contra
Infelicem aciem poterit? Quis nobile textum
Compoſuit quod fertur homo? qua ſedibus unum
Quodq; ſuis duce compactum eſt, quis membra fluenti
Sanguine vitali formam direxit in iſtam?
Quis domui arcanæ pectus penetrabile fixit,
Materiaq; alia cerebri laquearia duxit.
Quis pulmonem opem cavum in aera laxat hiatu,
Hepate quis roſeo fontem ſignavit & augmen
Vivifici ſucci, quis cætera comſit, & intus
Diſpoſuit velut ordinibus manſura probatis.

Quis

Quis niſi qui è nihilo res omneis condidit auctor:
Cujus ab ore means Verbum latiſsima vitis
Implet agens ſpatia immenſæ Terræq; Poliq;.
Hic procul è venis tenuem diſcrimine nullo
Eliquat humorem patriis, quem nobile textum
Materni excipiens gremij, dum neſcia vertit
Corda parens alio, non huc intentus, uterq;,
Servat, & occultè venturos ſtipat in artus.
Omnipotens genitor cæcis infuſa cavernis
Semina in humanum mirâ decus arte figurat.
Ille potens nihilo florentia mœnia Mundi
Tot ſpecies rerum. tot ſecla animantia Vitas
Condere in exſcriptas; de parvi ſemine ſucci
Egregium formare hominem, Rationis ab alta
Arce ſuæ curis miſeræ turbatus, in uno
Deficiet, nec quod ſparſit per inania textum
Reddere ijsdem illis poterit ſpatiisq; modisq;!
Ah quum declives rapiunt mortalia greſſus
Per Sophiæ curas fatuæ, dum celſa Tonantis
Inquirunt opera & cauſſas expendere certant.
Ille cui factum eſt quodcunq; videtur & exſtat
Hoc quoq; quod non eſt oculis mortalibus uti
Facturum ſeſe jurat; ſtat debilis extrà
Seq; ingratus homo Ratione opponit inani.
Ille jubet credas, tu ſcire & diſcere & ultrà
(Turpe,) docere cupis. Cũ nil foret, omnia quæ ſunt
Fecit is ex nihilo qui te quoq;! Credere reſtat
Omnipotens Numen. Tu voce fateris & excors
Credere mente negas tibi quod dubitabile non eſt.
Sic te teſte peris & judice. Siſte profanum
Cæca Pedem Ratio, rimatrix impia Veri.
Fide Deo Spes orta Deo. Non deſeret in te

Regula ſe Veri; ſi perſcrutabile non eſt
Scire quod ipſe cupis, ſic conſolare docendo.
Non te ſcrutari, non dium expendere pondus.
Non numeris arcana ſuis evolvere juſſit
Dia, tui miſerans Pietas; nec enim illa tuorum
Sunt operum nec eo ſe humana Potentia tollit.
Ergo quod in liquido eſt, tot rerum illuſtria ſignis
Facta Dei cernens, & te quoq́, mirus in illis,
Crede quod inſtanti promittit tempore Veri
Regula Facturam: Non mentem hic triſtia Pœnæ
Percellant meritis examina, Pallor Averni
Tartareæ aut Furiæ aut torrens in fluminis ignis.
Non te tanta Pater ducit ſpectacula viſum
Quotidie quamvis ultrà mereare nocendo.
Sed te cum caſtis majoribus in cruce Chriſti
Ad divina vocat magnæ myſteria vitæ.
Lætus ubi æternùm degas in floribus ævum.
Huic tu crede modo & Rationem in carcere ſanæ
Conſtrictam Fidei retine, Spe celſa ſecutus
Iuramenta Dei; & Patribus promiſſa per ævum.
Sic quæ rapta rogo nihil eſſe cadavera cenſes
Cum rata decurſis ſuccedent tempora metis
Flore novo priſcis reparata vigoribus extrà
Naturæ captus, & cæci jura Sepulcri,
Cum Domino in vitam Chriſto inſtaurata videbis
His ipſis membris, Animisq́, & mentibus iiſdem
Aeternos ſeſe in flores, delebile numquam
Erexiſſe decus. Quæ jam mille agmine morbi
Peſtifero exagitant, terretq́, infanda medullis
Mors domina in mediis, omni moribunda tumultu,
Membra, redux calor in nova ducet, origine priſcâ,
Incrementa, ſatis ut ſub putredine pullâ

Seminibus ſorma omnis abeſt, reſolutaq́ʒ pigro
Maſſa ſitu tabet, non agnoſcenda colono.
At gravis in putri denſas meditatur ariſtas
Tabe Ceres, ſubjecta trahens in plurima latè
Semina grana, uno centum paritura necato.
Talis in immenſos rediens Natura receſſus
Corporis, egregium moriens, ſpe principe, Pignus
Deponit Vitæ melioris, & aſpera Mortis
Iura ſemel ſubitura, ad puncta inſtantia anhelat,
Certa ſuæ Fidei, breve cum ſe advolverit orbe
Tempus ab occiduo, repetita Elementa ſuorum
Reſtituet Chriſto membrorum, & flore renato
Splendida nec moriturum hominem in cunabula ſiſtet.
Has cuncti ad Laudes, hæc ad myſteria Chriſti
Naſcitur, Ipſe etenim tali mortalia Amore
Secula dilexit Pater, ut cæleſte luelis
Omnibus exemturum omnes demitteret alto
Pignus, ut hinc nemo ſeſe uſquam excludere poſſet.
At pars major abit retro, quos dira Voluptas
Præſentes ligat illecebras ſine lege ſecutos.
Horum adeo tumulis exſurgent corpora juſſo
Tempore, ſed Pœnis cum mentibus in nece ſævâ
Debita perpetuis, quæ cum triſtiſſimus atrâ
Nocte ſemel capiet tortor, nulla ille redire
In vitam patietur ope, aut cæleſtia dona.
Namq́ʒ iſthic ſunt fixa bonis ſua præmia nullo
Fine, malis etiam nullæ ſpe terminus hæret
Quin nece perpetua pereant, neq́ʒ temporis ullo
Signa modo poſſint Pœnis indicere finem.
Ergo igitur quicunq́ʒ iſthæc mea dicta Poetæ
Mente legis Chriſti ſancta, te examine privo
Vnguis ad aſtricti caſtos expende probatus.

Sis genere ex quali, tecum ſtet Gratia Chriſti
Tempore in hoc, an vara retro veſtigia ducens
Cum grege pullorum decus irreparabile perdas.
Scilicet ut precibus ſemper pia Vota reponas
Teq; errantem agnum ſtabula ad cæleſtia prono
Reſtituas aditu. Quoties via lubrica trita eſt
Mente redi toties, ſancto delere precata
Precati maculas nullo non tempore certa.
Audiet Omnipotens, nec enim peccamine quoquam
Gratia victa Dei eſt, modo cum ſtudioq; fideq;
Ad meliora redire, & priſcos ponere nævos
De vitæ velis ab miſeræ ſacer ordine myſta
Divinorum operum; poſcant quæ præmia ſancti
Spe tibi jam tu iſthic adſcribere, Principe Chriſto,
Rite potes: Contemne mali conſortia cœtus
Et Patere injuſtæ fœda irritamina ſortis.
Vltorem tibi pone Deum, te dilige in illo,
Cætera jacta procul nullo mirare tumultu.
Et bene fac cunctis etiam male qui tibi; ut alti
Sis vere ſoboles, ſic agnoſcenda, Parentis.
Interea dum triſte Chaos enabis, & inter
Innumeras ſpinas pulcro Roſa flore nitebis.
Subijcient ſeſe Virtutum è ſemine parvo
Innumeræ Choreæ, totis exercitus alis
Pectus in excelſam docili ſe ſiſtet amore.
Ipſe ſuis meritis etiam hac in valle dolorum
Induet, obſtantem vitijs, te Chriſtus, & ultro
Perpetuā guſtum tibi de Pietate propinans
Purificæ menti dabit haud effabile Pignus
Spiritum ab excelſo, cujus te Gratia veros
Aſſeret in gemitus, transvectumq; impia mente
Secula cum Chriſto coram pia ducere vota.

Summa

Summa boni hæc veri eſt, hoc cum te pignore niſum
Ad patris immenſi ſiſtes placabile Numen.
Et nil jam poſſit tibi ſancta negare petenti
Majeſtas, noſtri memor, ô cariſſime Lector,
Peccatorum alta fœdè in formidine capto
Egregiis adſis precibus, ſic te aurea Phœnix
Ducat avis cœlo, doceat mala temnere cuncta
Perq́; ſuas flammas novies purgabile pectus
Rite probare Deo. Sed enim quid me agmine in iſto
Me quoq́; Chriſte, vetat precibus te accedere juſtis:
Ergo meæ Vitæ ſpes ô certiſſima, Chriſte,
Mitibus hunc oculis tam dira peſte Laborum
Intricatum adſis tenebris evolvere Vatem.
Da Radium mea corda tuum da Lumine vivo
Imbuere, & veteris buſti altam exurere labem.
Vt novus induviis florens Pietate Fideq́;
Speq́; tuus tibi ſoli iſthic mea tempora donem.
Vt tua, purpureo per te reparata cruore
Chriſte mihi veſtro, tandem illic præmia adeptus
Perpetuis inſtem numeris tua dicere geſta.
Geſta triumphatâ fortunatiſſima morte.
O me redde tibi tam charo, Chriſte, redemtum
Pignore, nil ultra eſt quod ego cupiamve petamve
Tuq́; dare & poſſis, & uti ſtant dicta Piorum
Indigetum, cupias, in te, mea vita, Reſurgam.

FINIS,

Casp. Barthi

PSALMI XVII.

Digitized by Google

C. BARTHI
PSALMI.

I.

FElix ille animi quem nec deflexit iniqui
In lævum erroris per ſenta per invia torrens.
Conſiliis mala nec vapidis aſtutia peſſùm
Irriſoris agit; Domino ſed deditus uni
Sacratis ſedet inq; adytis myſteria verſat
Condita perpetuæ ſub dia oracula Legis.
Nocturnâ non ille manu, non ille diurna
Vſq; Voluminibus hærens dabit otia ſanctis.
Ille ſuum optatis implebit fructibus annum
Fertilis irrigui velut aſsita fluminis actæ
Depoſitis numquam foliis inamabilis arbor:
Læta coronabit felici exordia fine.
Contra inſana cohors, inimica colentibus æquum,
Sparſus ut in rapidas aceris globus interit auras.
Quippe ubi ſe ſolidam ad lancem atq; examina veri
Iuſticiæ tenor æternæ demittet Olympo
Nullâ niſa fide ſua ſe in mala facta ſequetur,
Impos ſtare loco, quem dat Deus arbiter æquis.
Illi nota equidem via juſtorum ardua cælo eſt
A curſu ſcelerum rapitur fera turba deorſum.

PSALM. I.

FElix conſiliis qui non adſedit iniquûm
Non iter inſiſtit procul à Pietate viantum.
Non irriſoris ſectans Collegia vani,
Sed mentem exercens Sacroſanctá in Lege IEHOVAE:
Hujus amet vigili myſteria nocte dieq;
Scrutari ſtudio: velut irriguo adſita rivo,
Arbor erit, quæ certa ſuo dat tempore fructus
Cujus deciduis foliis non aruit umquam
Conſervatus honos, quæcunq; aget almus agentem,
Adſpirat cœlo ſucceſſus, & auſa faceſſit.
Non ita gens exoſa Deum, ſed pulvis ab Auſtro
Præcipiti velut in vacuum æthera raptus, obibunt.
Proptereà non Iudicium gens dira Piorum
Participi colet adſeſſu, nec ſontia cœtus
Iuſtorum ſocio dignabitur agmina cultu.
Agnoſcit ſervatq; piorum Vota viamq;
Omnipotens, iter injuſti cum auctore peribit.

PS. II.

QVis trepidas genteis Furor effera raptat in arma
Quis vana in facinus corda tumultus agit?
Conſultant Proceres collecti, adverſa IEHOVAE.
Et CHRISTO ſpirant undiq; conſilia,
Diſrupti jaceant nodi, generoſa revulſis
Brachia ſolvamus funibus, iſta canunt.
At Cœli Rector, ridet conamen inane
Et Dominus ſannis frivola vota premit.
Mox irá in magná diros affabitur hoſtes,
Et cuneos rumpet voce potente feros.

Atqui

Atqui ego ſacrato victurum in monte Sioni
Præpoſui Regem; mons ſacer ille mihi eſt.
Nunc pandam populis myſteria; Filius, audi,
Tu meus es, dixit, Tu meus, Omnipotens
Te genui ipſe hodie: tu poſce, ego regia dedam
Sceptra tibi, inde tuum mundi erit Imperium.
Tu franges tumidos, ut ferro fictile ſignum
Disjicitur, ſparges fragmina victor humo.
Nunc ergo Reges mea dicta attendite terræ,
Iudicij hinc ingens erudiatur opus.
Exſultate Deo trepidi, colite Orgia Iovæ
Ducite cum cultu gaudia miſta gravi.
Oſcula dirigite in Natum, ne exardeat irâ
In mediâ pereas ne, vaga turba, viâ.
Feliceis credunt qui ſe & ſua Vota IEHOVAE
Quorum ille in cuncto turbine perfugium eſt.

III.

AH, Pater, quam denſa cohors prementum
Imminet, quam creber ab omni in omne
Me latus urget latere hoſtis, inter
Spemq́; metumq́;.
Plera pars diris animam cachinnis
Impetit noſtram, cui nulla reſtet
In Deum fiducia, nec Salutis
Cauſſa tuendæ.
At te ego tutus Clypeo, IEHOVAH,
Tollo ſecurum caput è periclis
Tu mea tu Gloria viva vita es
Ara Salutis
Cum tuum ſupplex ego poſco numen
Voce clangenti, mihi ſanctitatis.

E ſua

E ſuæ reſponſa dedit petita
Monte IEHOVAH.
Mente compoſta capior quiete
Aureâ ſomni, evigiloq; tutus
Quippe ſub cuſtode ſacer IEHOVAH
Turbine ab omni.
Millia haud ter mille timere doctus
Quæ latus cinxere meum hinc & inde,
Inter inſtantis medios furoreis
Vivo Tyranni.
Surge Felicis mihi cauſſa vitæ
Os viri infeſti quia contudiſti
Saxeos denteis quia ei cruiſti
Alme IEHOVAH.
Vive fons charo in populo Salutis,
Viva ſit de fonte tuo in tuorum
Conſonos cœtus Benedictio, auctrix
Luminis almi.

IV.

IVſticiæ Deus alme meæ, meæ vota precantis
Exaudi, cum res premerent arctæ undiq; circum
Tu latam oppandiſti hoſte excedente feneſtram
Audi audi mea vota, ut Gratia comat inanem
A meritis, miſerere atq; aurem inflecte vocanti.
Gens hominum, quonam uſq; meæ decora inclura vitæ
Gloriaq; incaſſum pedibus calcata jacebit?
Quo vos fine ferox innectet inanibus error
Ludibrijs? quonam uſq; atrox mendacia recti
Hoſtis aget Furor & pro veris falſa docebit?
At, cæci ſcelerum, verſa cognoſcite mente
Aſſeruiſſe ſibi Dominum, cui dona benignâ

Offundat

Offundat dextrâ, privato ut ſauctior exſtet
Conſilio; illum alta capturum è ſede mearum
Dicta precum, ne caſſa ad me mea vota recurrant.
Ite agite in veſtros congeſtis mentibus actûs
Ponite dein peccata procul, fugite impia facta
Vt vos in veſtris compoſta cubilibus intus
Expoliat quæſita quies. ſacra ſerte IEHOVAE
Iuſticiæ egregiæ, vos in myſteria Vitæ
Deducat ſincera Fides: Pars plurima clamat
Quæ ſpes inde boni eſt, qua re ex hac ſorte fruemur?
At tu nos radiis vultûs clementis amicis
Reſpice, Sancte Deûm. Non frivola gaudia tangent
Sanctorum menteis, quibus à Virtutis amore
Divitis annonæ & luxu torquentur Iacchi
In vitium, quos dementeis facit ardor habendi.
Nos ita fertilibus Pax intemerabilis alis
Ambibit dono domini, Pax optima rerum,
Vt placida vitam ducamus ad aſtra quiete,
Non ſecus ac primâ ſecurus nocte Viator
Purpureum toto cum cepit pectore ſomnum.
Auroræ procul à Curis exſpectat Honorem.

V.

DIctis faventem da meis aurem, Pater,
Meditata caſti vota pectoris cape,
Rex & Patronus & Spei Deus meæ,
Clamorem ab imo concitatum viſcere
Attende clemens, te voco, tete unicum
Imploro; primo mane cum irribuit dies
Carmen mearum ſuſcipe, ô Parens, precum
Speculata primo Sole mens opem tuam
Blando decora ſolvet ora jubilo.

Tu Fortitudo ſumma, non amas malum
Nec improborum facta Vindici placent
Tibi, IEHOVAH. Lumen haud contrà tuum
Inſana poterit ſtare gens, odio gravi
Infenſus Vltor eruis iniquum ſolo.
Nec architectus Falſitatis impiæ
Mendaciorum dædalus, Deo placet.
Abominaris ſanguinarios dolos
Crudele facinus eſt Deo coram nefas.
Benedictionis ipſe plenus à Deo
Benignitatis munere inſtructus tuæ,
Ingrediar hoſpes in domum gratus tuam:
Limenq; prono ſanctum adorans poplite
Venerabor almæ Sanctitatis atria
Iuſticia Domini ſtipet expertem metus
Licet hinc & inde dirus immineat latro
Greſſu cruento candidum obſervans dolo.
Da, Pater, ut almæ Legis orbitæ, mihi
Planæ, polito rite calcentur pede.
Humana non eſt natio Recti capax
Aerumna turpis obſidet virûm intima.
Guttur ſepulcrum eſt impiis in necem patens.
Blanditur ore, corde virus inſtruit.
Turba Deorum ſumme conſilia impiûm
Reosq; deijce improbos technis ſuis.
Depelle diro fraudis aſſeclas dolo
Defectionis diſcute ad numeros ſuæ.
Tibi enim rebellant; Gaudium ambibit tuos,
In ſecla ſeclûm te pij ultorem canent,
Tuæ clientes inclyti Potentiæ
Tuiq; amanteis glorioſi nominis
Moritura numquam pangere inſiſtent mele.

IEHO-

IEHOVA tu protector es gregis tui
Benedicis illum, ſub tuæ ut clypeo manus
Benignitate cinctus almâ floreat.

VI.

PEccata cum, IEHOVA,
Te noſtra concitarint
Iræ in furore ſacræ
Punire ne velis nos,
Cum culpa Vindicantem
Armabit ultioni
Parce, ô IEHOVA, juſtæ
Laxare fræna Pœnæ.
Fac gratiam IEHOVA
Peccaminum, mihi, qui
Languore ſum pereſus,
Turbata prorſus oſſa
Sub intimis medullis
Tuæ, IEHOVA, curam
Sitiunt benignitatis.
Anima ipſa jam fatiſcit
Quouſq; tu, IEHOVA
Medens moraris alme?
Revertere, ô ſupreme,
Animam expedi impeditam,
Solitá benignitate
Fractum leva clientem.
In morte Laudis almæ
Quis additus ſepultis
Tua geſta cantitabit?
Confectus ipſe planctu

Tabeſco

Tabeſco totus in me,
Lacrymis natat profuſis
Mihi nocte Lectus omni.
Liquet cubile fletu.
Indignit[illegible] morum
Quos eſt videre, torpet
Lux tabidis ocellis,
Seneſcit inter hoſtes
Pupilla, feſſa fletu.
At vos recedite iſtinc
Studioſa gens iniqui
Omnes recedite iſtinc
IEHOVA quippe noſtras
Audit favens querelas.
Ad Vota deprecantis
Benignus aure flexa
Exaudiit IEHOVA
Orationis orſa.
Turbetur hoſtis atrox
Pudore victus acri
Det terga, momen unum
Conſtare contra ineptus.

PS. VII.

CVm turbido tumultu
Inimicus impetit me
Ad te, IEHOVA, aſilum
Fugio periclitantis.
Tu ſupplicem tuere
Ne ceu Leo prehenſi
Populetur hoſtis atrox

Animamq;

Animamq́ mergat Orco.
IEHOVA perpetravi
Facinus ſi ego tam iniquum
Hæ ſi manus lueiæ
Damnabiles probantur
Si pacem ego colenti
Malum intuli; niſi olim
Solitus citra omne bellum
Meritum mihi moventem
Omni expedire noxâ,
Animam meam prehendat
Qui nunc fugare geſtit,
Vitamq́ prorutam hoſtis
Sternat ſolo, tenebris
Mea gloria induatur,
Et ſordibus tegatur.
Surge, ô IEHOVA, ſurge
Irâ potens tremendâ,
Inſurge in hoſtium arma
Confunde diſsipatos
Sacro furore nimbos
Exercitus iniquûm.
Cauſſæ meæ patronus
Vigila IEHOVA certe,
Auctore IVS & Aequum
Orbem Deo gubernant.
Sic natio omnis unum
Te ſtipet, alme Rector,
Prægorioſus alis
Tu gentium levatus
Ad alta victor exis.
IEHOVA Iure Iuſto

G *Omnem*

Omnem gubernat orbem,
IEHOVA me ſecundum
Ius judica meum pro
Integritate noſtra
Pronuncia, alme Iudex.
Concidat impiorum
Mala vita, peſſima arteis,
Stabilire jura juſti
Pater velis ſupreme.
Tu enim, IEHOVA, cordis
Scrutator intimi unus
In ipſa renium antra
Oculo venis ſagati
Clypeus meus IEHOVA eſt
Qui Recta vota cordis
Dabit pÿ Saluti.
IEHOVA juris Autor
Iuſti IEHOVA vindex.
Quotidie impiorum
Abominatur auſus.
At ſi ſuperba diri
Nolit caterva cætus
Vitÿs redire retro
à Pœnitentiâ actis.
Gladium manu tremendâ
Acuit, Sagitta nervo
Impoſta ſpectat ictum,
Aptavit arma letho
Hoſtile fulguranti.
Directa fervidorum
In corda tela lucent.
At vanitatis hæres

ſua

Sua parturit pericla
Concepta cum labore
Mendacio edet anſa.
Foveam latro excavavit
Spelunca foſſa nequam
Dominum recepit in ſe,
Vt tutus atro in antro
Operetur impia auſa.
Redibit in Latronis
Caput labor cruentus
In verticem doloſi
Recidet ſupina techna.
Tibi ego, IEHOVA, ſolvam
Laudeis ſonante plectro,
Nomen tuum IEHOVA
Lyrá potente pſallam
Qui Vota deprecantis
Ad æquitatis audis
Tua, IEHOVA, normam.

VIII.

IEHOVA Domine, nomen ut celebri tuum
Per univerſa regna magnificentiá
Laudatur Orbis! Gloriam cui tuam
Exponis auctor, Gloriam cujus nitor
Late flagranteis ætheris plagas premit.
Infantium, IEHOVA, te balbuties
Lactentium, IEHOVA, te lalli ſonant
Fundata quorum in ore Gloria eſt tua
Vt hoſtis ingens lumine obliquo videns
Numen tremiſcat, Vltor obſcurus cadat.
Reſpicio cæli templa cum volantia
Opus tuorum ſumme digitorum, pater,

Aulæq́ʒ diæ ſidera, ut Sol & Soror
Stellæq́ʒ puncta per ſtatuta inambulent.
Quis homo, quid ejus proſatum terrâ genus
Ut tangat almæ memoriam Potentiæ?
Ut dirigente te ſuos currat dies?
Illum tuis, ſupreme, juſsiſti Angelis
Cultu minorem degere, at ſacra tamen
Gravitate, Gloria, & nitore nobili
Fautor coronas: Opera Præfectus tua
Regit ille dextræ, pedibus humanis procul
Subjecta parent ſecla viventum mari
Terraq́ʒ, & aere, abditum quiſquis fretum
Scindit natatu piſcis, omnis ætherem
Avis volucri verberans ala cavum,
Quæcunq́ʒ campo bellua aut ſilvis fremit
Hominem verentur, Unus eſt cunctis metus.
IEHOVA Domine nomen ut celebri tuum
Per ſpatia mundi cuncta magnificentia
Repleta regnat regna diâ gloria!

IX.

EX mente, Rector, te penitâ cano
Miranda feſto carmine Numinis
Tui celebrabo acta, læto
Exſiliam tibi corde, IOVA.
Excelſe vindex juſtitiæ, cui
Obſcena retro verſa malignitas
Canit triumphum, te ſonanti
Nablia noſtra canent Camœna.
Ad ſigna vultûs corruit impiæ
Tutela fraudis, Sancte tui, perit
Iniqua peſtis, tu mea ultor
In Solio, Pater, æquitatis

Sedens

Sedens decoro cauſſam agis Optimus
Meam patronus, perdita natio
Radice cum ſumma impiorum
Procubuit, ſine nomine omni
Manſura ſeclo ſub tenebris ſuis:
Cruente latro funditus erutus
In vaſtitatem deliteſcet
Perpetuam, neq; civitatum
Vnquam feretur Fama dehinc memor
Tuarum haberi: Rex ſolio ſedens
Suo IEHOVA in ſecla firmat
Iudicio ſtabili tribunal.
REX judicabit Iuſticiæ ad modum
Orbem, daturus gentibus omnibus
Hinc jura; preſſo ſorte dura
Arx ſtabilis, tenuiq; aſilum.
Fiduciam in te ſic ſtatuent ſuam
Novere nomen qui, Omnipotens, tuum
Tu nempe, tu numquam precanteis
Deſtituis tua Iura, vindex.
Nunc ora blando ſolvite carmine
Dulciq; pulſo pectine barbito
Sedem Sionis rupe habentem
In populos celebrate Regem.
Qui cædis ingens imminet in Nefas
Vltor profuſi ſanguinis arduus,
Numquam pij oblitus periclûm,
Pauperibus dare jura promtus.
IEHOVA diâ reſpice gratiâ
Meos precatûs, hoſtibus aſſere
Portis profundæ mortis aptum
Erue ô Omnipotens, Clientem

Tuæ in Sionis virgine ut arce te
Semper celebrem, picta coloribus
Vivis ut hinc tranet per orbem
Gloria ſancta coli univerſum.

Tuam in ſalutem lætus ut accinam
Melos ſubacti lætificum doli
Vt merſa vis fraudis ſuapte
Decideret fovea enecanda.

Vt pes maligni retibus in ſuis
Deprenſus hoſtis det Furias vafri
Pœnæ merenteis, at IEHOVAE
Iudicium celebrabit orbis

Quo dira peſtis in laqueis ſuis
Cadenda obhæſit; res penitâ bene
Volvenda ſemper mente; retrò
Improbitas ruet ad ſepulcrum

Exoſa Numen gens pereat ſolo
Omnis: piorum oblivio non potens
Procul manebit ſpes agentûm
Perpetua vigeat corona.

Inſurge contra Iova, homines mali
Ne roborentur, ſub facie tua
Dijudicentur gentium auſa
Te populi dominantem adorent.

X.

CVr, Pater, adverſa longè ſub ſorte recedis
Cur, pater, anguſta nubila Vultus habet?
Impius indomito faſtu propellit egentem,
Conſiliis pereat, perfida turba ſuis.
In ſcelere inceſto plaudit ſibi peſſimus auctor
Hic diti contra ſasq; piumq; favet.

Irritat

Irritat Dominum; dum ſors arridet, Olympo
Vivere jam nullos diſputat ille Deos.
Vt longe hinc abſunt (ſic cenſent) vulta IEHOVÆ
Inq; ſuis cœlis quod gerat ille, tenet.
Succedunt Opera ex voto, qui pugnat, in illum,
Fervida de parvo fomite flamma volat.
Ille ſuo cum animo pangit felicia ſecla,
Non umquam hoc regnum finis habebit, ait.
Ora mali ſunt plena dolis, horrore, veneno,
Atq; exſecrando carmine lingua ſonat.
Vana omnis ratio eſt, quam dira moleſtia vincit
E latebris juſto præſtruit ille necem.
In ſpecubus de nocte ſedet, vigilacibus horrens.
Pernicies oculis in pia ſecla venit.
Vt Leo quem umbroſis cingunt virgulta latebris.
Inſidias cœcis retibus implicuit.
Rapturus ſpem omnem defeſſi pauperis, arteis,
Vndiq; nitendo cogit agitq; malas.
Atterit, incurvatq; artus, mentitus maneis
Viribus, incautis ut ſtruat arte malum.
Alloquitur ſe animi: fortiſſimus ille IEHOVA
Abſconſá facie nec videt iſta procul
Reſpiciet numquam longe eſt vindicta; IEHOVA,
Surge potens, preſſi te vocat aura pij.
Pauperis afflicti ne vota ardentia temne
Tolle manum: contrà cur fremat ille Deum?
Improbitas cur te cæcum ſibi fingere credat?
At vindex operum tu preme dira malis.
Sit domino viſum eſt injuſta refellere facta
Cum videt indignum ſe pia corda pati.
Te dominum implorat defectus viribus, in te
Tutorem pueri jura fidemq; locant.

Frange mali robur, frange improba brachia fortis,
Ex radice ima perfida vota rue.
Rex regum æternus ſtat IOVA, è limite gentes
Telluris ſanctæ diſperiere procul.
Manſueti exaudit vota Omnipotentia, cujus
Advertitq; preces, mentem animiq; probat.
Pupillorum ultor, preſſi ſolamen egeni,
Ne queat hunc vecors debilitare latro.

IX.

IOva eſt confugium meum
Quid ſannis animam improbis
Vexas turba jubens procul
Veſtri è montis aviculam
Mitem cedere ſilvis?
Ecce ecce ut ſcelerum genus
Nervis ſpicula conjuget
Inviſi ut tenebris queant
Rectos judicij manu
Dejeciſſe doloſâ.
Cum fundamina deruant
Quid contrà miſeri queant
Quos verax ratio tenet?
In templo videt hæc ſui
Iova inſignis honoris
In cælo ſolium cui,
Cujus diſpiciunt procul
Humanos oculi catè
Mores, lumine qui ſacro
Vitam explorat eorum.
Iuſtum IOVA virum probat
Injuſtum odit & impium,

Aſſeclam

Aſſeclam violentiæ
Mentis de penitæ ſinu
Deteſtatur IOVA.
Ipſe ex æthere depluet
Flammas, ſulphuris horridi,
Venti turbo furens grave
Pœnas exacuet malis
Diro turbidus imbri.
Iuſtus nempe probat Pater
Iuſtos filiolos; quibus
Cordi recta, placent Deo
Odit turpia crimina
Iuſti acerrimus ultor.

XII.

IN te omnis fracta ſpes inclinata ſalutis
IOVA, ruit. Bona facta homines deponere certant
Ipſa olim cultu ſanctiſſima regula veri
Exſulat ingeniis hominum: ſtant impia vanæ
Doctrinæ ſtudia, & junctim his operātur ad unum
Mutua nectentes inceſtæ vincula Vitæ.
Blanditiis levia ora ſonant, ſed nectare cæco
Duplicis in facinus cordis ſententia cedit.
At pater exſcindet ſpiranteis grandia linguas
Fictaq; fallaci contundet labra canore.
Hos quoq; qui tumido vendunt ſe ſchemate, noſtris
Nos uti linguis noſtrâ quis lege vetabit?
Quis Dominus, vocis qui libertate negata
Adſtringet noſtras ingrata ad dicta loquelas?
Afflicti me tangit amor, ſurgam, inquit IOVA
Pauperis ad trepidos, compreſſa mente, vocatus,
Eruam ego è ſtammis inſidæ gentis amicos

Et ſtabili oppreſſos in libertate locabo.
Dicta Dei ſunt pura, ut ſeptem ſictile flammis
Vas probat argentum defœcatumq; relinquit
Talis honos in voce Dei, ſic Gratia pura eſt.
Tu ſervare pios, ô Rex invicte, memento,
Ne mixti in cœtus veniant errore malignos,
Cuſtodi æternum ſanctosq; tibi alme, tuere.
Improbus hinc atq; hinc aſtu ſe vendit amaro
Inter opes hominum, pretium viliſsima ſervant.

XIII.

QVouſq; ſancta lumina, ô Deum Pater,
Latere nos jubes procul?
Perennis ergo vulta maximi mihi
Reducet ira Numinis?
Quouſq; turbo conſili inſcius ſui
Peredet anxium jecur?
Quouſq; mœror illigabit implice
Potita corda turbine?
Quouſq; ſævus hoſtis in caput meum
Feroce ſurget impetu?
IEHOVA vota mentis anxiæ cape
Benignus aure deditá
Tuumq; lumen, alme, lumini meo,
Favore redde nobili.
Subactus ingruente nocte ſomnia
Necis ne amara dormiam,
Et inſtet hoſtis inſolente jubilo
Iacente victor ut tuo.
Latente me ſub impotente nubilo
Io maligna gens canat.

Benigni-

Benignitate ego in tuâ Pater fidem
Locare promtus impetro
Salute mens Triumphum in accinit tuâ
IEHOVA, victor impij
Bona benignitate mactus à tua
Melos ſuave geſtio.

XIV.

MAli Patrator intus abnegat Deum
Nec eſſe numen autumat
Abominanda facta mundus infurit
Nec unus eſt amans boni.
IEHOVA ſummus alto ab æthere inſpicit
Homo ſuus quid actitet
An unus inter univerſa millia
Superſit æſtimans Dei.
Receſsit omnis à decore natio
Putretq; olente viſcere.
Boni nec unus invenitur uſpiam
Amator, exſulant ſimul.
An ergo nemo conſcius ſibi manet,
Egena corda quod premens
Iniquitate lædat impia male
Nec invocet ſemel Deum?
Ibi expaveſcit inquieta natio
Vbi ſuis adeſt Deus.
Pij ille germen at tuetur, inquiens:
Adeſa corda pauperum
O impij ergo devorabitis, quia
Fides eorum ineſt Deo?
Salutis ô ſi oboriatur anchora
Sionis è ſacræ jugo.

Vbi reducet inſonante jubilo
Suos ſuam Domum Deus!
Propago Iacob elegante carmine
Et Iſrael canet melos.

XV.

QVis, ô IEHOVA, habebit in domo tuâ
Perenne cultor inclutus?
Quis, alme, monte ſanctitatis in tuæ
Manebit abſq; termino?
Viator integri pudicus ambitus,
Amator æqui amabilis.
Cui profeſſa voce, mentis in ſinu
Habet ſevera Veritas.
Nec inquiete lingua impio ſtudens
Nocere proximus ſale.
Nec alterius inferens malum via,
Probrum peroſus ut nefas.
Mali oſor oris atq; pectoris, Deo
Amans dicata nomina.
Vbi ille jurat in ſuamſe noxiam
Tenax patrare credita.
Pecuniam ille nec locare fœnori
Volet, nec innocens latus
Potente munere efferatus impetet
Vir iſta qui facit tua
Manebit in domo, IEHOVA, perpetim,
Beatus abſq; termino.

XVI.

SAlutis auctor ô meæ juva Deus
Tibi iſta vota ſupplicant.

IEHO-

IEHOVA,dicis,eſto Rex mihi meus,
  Bonum meum eſt penes Deum.
Beata mentis indoles, quod inclytum eſt
  In hocce verſat ambitum.
In hiſce, Sanctitatis eſt amor quibus
  Sacro quieſco gaudio.
At impij latronis hos petit furor
  Malosq; ditat à bonis.
Ego iſta ſacra nolo adire ſanguinis
  Nec implicarier malis.
Nec ore abutar exſecranda nomina,
  Sacro ore ſcilicet Deo.
IEHOVA portio eſt mea,unus eſt meà
  IEHOVA Sortis arbiter.
IEHOVA Vita noſtra, dulce poculum
  Cibus ſalutis eſt mihi.
Amœna Tempe ita obtigere cultus
  Meiq; territorij.
Magiſtra funis in ſacrum cadit locum
  Bene,ô Ievoha,io bene
Tui ſequor beata juſſa conſilij,
  Tuo,ô beate, Numine
Per ipſa noctis erudire tempora
  Meumſe me venit jecur.
IEHOVA jugiter te adoro dexterà
  Statumen inclutum meæ
Nec amorebor in latus,tibi ſacer;
  Perennis unde gaudij
Origo manat,alta mente gloria
  Potente pullulat mihi.
Caro ipſa te tuente tuta conditur.
  Tuæ potentiæ ſcia.

Nec

Nec Orci in ore mens amans tui poteſt
Manere, vindicas ſacram
Sepulcro ut expedita vivat integrè,
Nec interibit in nece
Tuarum amator, alme, Legum; ut hæ mihi
Docente te patent, ita
Serenitate gaudia ambiunt mera:
Tuæ manus potentia
Tegit tuetur, in perenne deditos
Tibi, IEHOVA, ſeculum.

XVII.

AVdi Iuſticiæ dictæ, parens, meæ.
Clamorem queruli ſuſcipe pauperis,
Aureis abſq; dolo trade precantibus
Fautor Carminibus pie.
Teſtor, ſumme parens, ad faciem tuam
Noſtrûm Iuſticiá dirige jus tuâ
Diis diſpicias luminibus, precor
Recti judicij viam.
Cum noctuq; diuq; excuties meam
Mentem fixam animæ ſub penetralibus,
Nil falſum invenies, nil male lubricum
Sic ſunt omnia ceu loquor.
Humanis uti ſit regula moribus
Quam ſacræ ſtatuit Iuſticiæ tenor,
Obſervo facili tranſgredientium
Duros ingenio pedes.
Greſſus ſancte meos ad tua dirige
Rite oracula, ne lubricus auferat
Error non dociles ſtare loco pedes
In declivia pervicax.

Quod votis ſoleas te dare, Rex, meis
Confidente tuas ſollicito prece
Aureis, tu facileis da quoq; nunc, pater;
O qui ſalvifica juvas
Ad te qui veniunt, depoſitos, ope,
Da ſueti auxilij nunc quoq; dexteram
Quam poſcunt miſeri cum furor ingruit
Hoſtilis odij prope.
Vt pupillam oculi protege me, Pater,
Alarum gremium me cape ſub tuum
Cingunt improbitas undiq; & in caput
Surgit Latro ferox meum.
Diſtendunt adipis pondere panticem,
Nil non faſtificum grandiloqui fremunt
Fixis luminibus deſpiciunt humum
Obſervant miſeri pedes.
Vt qui Marmarica deſidet in ſpecu
Rugitu juvenis terrifico Leo
Prædatrice inhiat clamq; palamq; vi
Imbelleis ruere in feras.
Surge atq; anticipa, IOVA, periculum.
Dirum ſterne ſolo, feſſam animam unguibus
Sævis terrifici vi patria eripe
Hoſtis, Iova potens virum.
Humanis gregibus maximus erue
Spirantum miſeræ delicias viæ
Vitæ quos ſaturas divitiis brevis
Vt linquant bona filiis
Ipſe in juſticiá perpetua tuos
Vultus adſpiciam, quum patria ex humo
Tollar purpureum civis in æthera
Non jam diſsimilis tui.

FINIS,

CASP. BARTHI

EROTOPÆGNION.

H

C. BARTHI

EROTOPÆGNION.

I.

LIvi, ſeu tibi Lævio fuiſſe
Evincunt Critici Poetæ, nomen.
Veſtra me juvet aureum ſub umbrâ
Aureæ Veneri, aureoq; nato,
Aureæ Chariti, aureoq; Como,
Aureoq; Ioco, aureoq; Luſui.
Aureis ſimul omnibus Deorum,
Aureis ſimul omnibus Dearum,
Aureis Geniisq;, Gratiisq;,
Supernis, medioxumisq; divis,
Si qui ſunt lepidi Dei & faceti,
Et poſſunt homini favêre amanti,
Aureos numeris notare luſûs.
At tu, garrule, cum videbis iſtic
Nil præter nitidum, Midas, metallum,
Cave iſtuc homini eloquare duro.
Aut levis petulantia iſta vobis
Sat gravi, auriculis, luenda damno eſt
Uſq; ad millia quindecim reciſis.

II.

LVmine in veſtro quoties ocellis
Ebriis ludo, mea vita, non eſt
Quopiam paſtu me alio fruiſci,
Paſtor ab illis.
Heic dies totos oculo irretorto
Conſidens, clare cano, uti ſonantem
Barbitum ad vocem videantur ipſa,
Aſtra ſecuta.
Læta titillans animum voluptas
Ebrium felice maritat aurâ,
Mille quæ flabris Zephyri ebriata
Pectora verſat.

III.

IStos purpureos tuos ocellos
Quando ego ad ſatiem, Neæra, cernam?
Iſta purpurea, iſta quò labella
Eme roſidula, ô Neæra, ſugam?
Iſtos aureolos tuos capillos
Quando ego ad ſatiem, Neæra, plectam?
Iſtas turgidulas tuas papillas
Quando ego ad ſatiem, premam, Neæra?
Tunc iſta omnia, & illa, & illa, & illa,
Meram uſq; ad ſatiem, Neæra, ducam.
Cum tu purpureos tuos ocellos,
Cum tu roſidulos ſuauiatûs,
Cum tu flammeolos tuos capillos,
Cum tu turgidulas tuas papillas,
In ſinum tibi proprium recondes,
Vt iſtinc ego proferam, tuiq;
Et mei ſimilem, atq; utriq; noſtrum,

Noſcen-

Noſcendum ſine ſe cuiq; noſtrum,
Vnum purpureum, Neæra, puſum.

IV.

PHaretriger amor, Amor herifuga,
Vaga avis, avis inope pede volitans,
Deane tibi propitia genetrix
Venus? ubi gravida Getifugo hero
Poſuit onus uteri ope Charitum?
Genitus es, inanime, truce tigri,
Pelagus aluit, aluit in eo
Aquigena Venus: Humigena Venus
Puerulum habuit ita docibilem
Sceleris initia te avida bibere
Vti timida pelaga refugerint.
Age puerule male, tener, iners
Item age citivole, citigradule,
Age, quid ita mea animula tibi
Facere potuit, ut habita cici,
Cruce lueret ea crucis inopiam?
Perit, obit, animula fugit, abit,
Fugere nequit, abit uti redeat.
Properiter abit, obit, ea & adeſt,
Citifuga mea domina quid abis?
Avipedibus age gradibus ades;
Ego miſer ago miſer oculitùs.
Tibi volupe nemora venerea
Temeriter opipara recolere!
Mihi nece vegeta labat alacri
Anima, video pereoq; ſimul.
Pharetrigera, volucri pede gradu
Avis, amor; amor, ego jaceo, ſac

Alia capere memineris abhinc.
Ego ſepelior, humilis ego obeo.
Vacua loca vegeta mea animula
Ratus, habet, ubi ſene ſub opico
Meret, ubi Cererigena nurus eſt,
Iove ſata, Iove gravida Cronia.
Tumidigrada, tumidivola, ferox,
Hilaricupida, Hilarifuga, volans.
Venerisate, Veneripete puer,
Venerifuge, Veneridome puer,
Oculee, jacula manibus agens;
Fera quadrupede Tigride citior,
Amor here, domine, probe, malifer,
Spolia tibi mea pharetra vovet
Tholus eam in opica loca recipit.
Memoria ubi recolat & herus honor.
Spacia ubi Cronia ſuperet ea.

V.

NEæra flos eſt Pierio in jugo,
Centum petitus Nobilibus procis,
Centum venuſtis, centum honore
Imperij gravido potitis.
At mî Deorum ſervat eam ſavor,
Et ſplendido ſic quottidie rigat
Roris fluento, ut nil oriri
Cultius & melius potiſsit.
Quare, ô profanâ turba procax manu,
Quæq; immines nunc, quæq; deincipe
Audebis inſlaclo indipiſci,
Parce ſupervacuo labori.

Ipſe

Ipſe intimo ſic ſponſus ab oſculo
In vulgus audax omnia proferam
Quin nomen iſtic, ſi ſapis, jam
Fama tibi cecinit jocoſum.

VI.

QVis te, vita, placere poſſe credam,
Toti concilio Deûm & Dearum.
Quamvis credibile eſt tacere malle,
Ornamenta tamen tibi illa dicam.
Queis me prodere volt amor meum omne,
Meas delicias, meos leporeis.
Ornamenta, Neæra, te indue, uxor
Candaulæ quibus eſt Gygen ſecuta.

VII.

TOrtam flaveolis comam Corymbis,
Et circlum ſuper aureum reductam,
Merâ Criſpitie, Neæra, laudo.
Verum iſtic tibi tot cave eſſe dicas
Exſtanteis rotulasq́; tutulosq;
Quod ſunt nudo in amore tutuliq́;.
Quod ſunt orbiculiq; tortuliq;.

VIII.

TEmporis pernix ſuga, quæ reverti
Impotens, cum lapſa ſemel, fuiſti.
Cui fuit jam quod loquor, hora in horam eſt
Vitaq; morsq;.
Veſtrum amans Numen precor atq́; adoro
Stet mihi paullum, faciatq;, quod non

Impetrat quoiquam facere; at ſuturum
Spondet amator.
Hanc diem bis vivere, bis diem iſtam
Vivere invitam volo, lætiori
Nulla me prorſus facie videbit
Pangere carmen.
Hac die nata eſt nova lux dierum,
Sol novus rerum, nova ſax amorum,
Et Venus, & Gratia, Comtasq; &
Dia venuſtas.
Comus, & Riſus, Saliſubſuliq;
Cum Iocis Luſus, lepidiq; Saltus,
Ebriæ linguæ titubans Voluptas
Carmine molli.
Auream, fortuna, diem ſecunda;
Auream lucem, Geniiq; plenam
Aurei lucem, veneris ſororem, A-
moris amorem.

IX.

CVm chari Charite eſt opus
Cum Charin charis, ô mea
O mea unica Gratia,
Feſtinare laborat.
Et labris roſeis tuis
Suavia ebibit, & Charin
Subtrahit Chariti, tamen
Nullum dat mihi damnum.
Namq; pyxidibus velut
Aureis, locat huc Charin,
Vt placere queat ſuo
Soli Cypris Adoni

Hinc

Hinc bibens Charites ego
In novum venio jubar
Fio jam veneri ut novæ
Novus ſemper Adonis.
Sed Venus mea tu mihi es,
Sponſa, vita, oculus, jubar,
Omnis omnibus, omnium
O flos, floſcule, florum.
Florida illa venus tua
Oſcula ipſa amat, & tuis
Nectaris bibit è favis
Immortale fluentum.

X.

ABi Livor iners, abi
Conturbavimus omnia
Tot, tot millia funditus
Conturbavimus omnia
Suaviolorum.
Heri millia millies
Bis mille & quater octies,
Ter centum & novies decem,
Centum millia millies,
Suavia ſuxi.
Tanto pridie, & altero
Duxi tanta perendiè;
Anno millia ſuaviûm
Quot ducam cupis, invide,
Mome, recenſeam?
Sed nunc nunc hodie omnia
Conturbavimus oſcula,
Et nunc de numero novo

Ordimur nova baſia,
Invide, plora.

XI.

SVavi ſuavia nomine,
Quis vobis dedit, uſq; eo
Quis dedit gravem aculeum?
Suavi ſuavia Nomine
Cunctis dicimur & ſumus.
Hunc dedit Venus, hunc dedit
Nobis Gratia aculeum.
Vt quo ſæpius appetas,
Illo ſæpius appetas.
Et cum ſuavia duxeris
Malis ſuavia ducere,
Quo ducas magis ac magis;
Hoc ducas magis ac magis.
Et quo ſæpius hinc bibas
Illo ut ſæpius hinc bibas.
Bibe ergo bibe ſedulè,
Sedulo bibe poculo
Quo ſe Gratia proluit,
Quo ſe pulcra rigat Venus:
Cum factum Venere eſt opus
Cum factum Charite eſt opus.
Hinc ſe pulcra bibit Venus,
Hinc ſe Grata bibit Charis.

XII.

LVnam tabivido lumine pallidam
Qui rere oppoſitò fratre notarier
Noctis ſæpe colore,
Erraſti procul à via.

Sic

Sic illam Endymion ſaucius integro
Aetatis juvenem flore notat, Dea
Non ſufferre, calorem
Ardentis pueri poteſt.
Quæ Solis radios in ſpeculum rapit,
Et mundi liquidis vix facibus tepet
Non fert mollis Ephebi
Conſtanti facie diem.
Quid nos pallidulis, livide, vultibus
Cauſaris graciles eſſe animæ viros?
Illuc tympana flecte
Iſtanc æra crepent Deam.

XIII.

UT *te, vita, fruar ſatis,*
A cultis hominum Regia me locis
Semotum procul, ingeret
Silvis læticomis; Sceptra meâ manu
Aurô mî faciam merô,
Et cantu placidas alliciam feras,
Olim Threicius Senex
Vt plectro feritatem expulit omnibus.
In ſilvæ medio, tibi
Templum porticibus marmoreis ſtrua
Illic numine Palladis
Vnam perpetuò te colam, ab omnibi
Semotus nebulis procul.
Vivam purpureos, Vita, tibi dies.

XIV.

L*Abra, labra tua aurea,*
Aurea, auro & opum omnium

Mihi

Mihi nitore longe
Pretio nitent meliore.
Quid ſuperbus honos enim
Purpuransq́ metalli Amor,
Amabili tuo iſti
Parile uſpiam tenet auro?
Cibus hinc animi mei,
Hinc liquor mihi poculum
Profectus, ægra ſanat
Dominanti corda ab amore.
Vt novis ſpacium queam
Invenire caloribus
Neceſſe ne labore
Habeam perire ſub alto.
Vt mi opum accumules ſtruem,
Aureisq́ tapetibus,
Locerq́ purpuratis,
Animi alta cura manebit.
Vita vividior redit
Morte ſim licet impiâ
Subactus; à labello
Venit hoc mihi medicina.

XV.

DVlci nectaris ebrios liquore
Formoſos oculos, pares puellis
Quas nec dum Venus attigit venuſta,
Sed ſecum ingenuo lepôre rident.
Pupillas, face fulgurum micantis,
Iucundis quatere allubet labellis,
Vt dum Spiritus intimos receſſus
Succedit niveæ meæ Neæræ,

Ipſa

Ipſa in pectora ſuſſilire certent
Feliceis animæ, pari duello
Vincentis pueri atq; Heræ puellæ
O lux luminis, ô mei vigoris
Arx Scaptenſula, flos beata proles
Perflantis iuga Cypridos, favonI.
Vernans floſcule, ſolis à nitore
O Scaptenſula fertilis metallo.
O pubens roſa, perpetim oſculanda,
Quam non Seirius, impio calore,
Nec vis torpida de rigore brumæ
Flammis diſparibus ferox, adurat.
Mecum perpetuò vigere vere
Flos rerum queat unicus mearum.
Vt Phœbus puer & Diana virgo.
Non umquam puer exiens Ephebos,
Non umquam venerem ſecuta virgo,
Germano gemini nitent honore.
Par divis mea cura, par Deabus.
Non optat Charitum imperare trigæ,
Non ſuccedere Regiæ Dionæ,
Soli illi omnia ſolius violæ
Felix eſt amor & pius Cupido.
Non me divitis areæ LicinI
Non Crœſi movet arrogans acervus,
Tecum iri cupiam ſubire fatam,
Quam ſolus Macedûm præire regem,
Fracta perſepoli, erutisq; Suſis
Ad cantus meretricios ad ædeis
Bacchantem face Barbara Deorum.
Sic dixi: mea vita: mi Roſille,
Quam poſſim ſine te, Roſille, poſſim

Quam te vivere non meo, Roſille,
In campis Libyæ prio Leonei
Cernam nuda: Quod eſt tuum omne noſtrum eſt.
Mens in corporibus duobus una eſt;
Sic dixit, niveisq; me lacertis
Vſq; ad baſia colligit trecenta.
Et toto lachrymis ſcatente vultu,
Illos fulmineos vibrans ocellos
Me mi ſurripuit, ſibiq; ſeſe.

XVI.

MEl merum è veſtris quoties labellis
Propalam exſugo, penetrat quidem ſax
Pectus, atq; imis furit in medullis
Flammeus ardor.
Attamen furtim quid ubi indipiſcor,
Vnde mi poßit volupe eſſe, vita
Afficit tanto decies furore
Intima mentis.
Quare age, adfectus tibi nota noſtri eſt
Cæca tempeſtas, pudor impetrare
Quæ palam non quit, veniam coactis
Obtege furtis.
Et quaſi invitæ tibi ſuaviatu
Oculum ingrato temerarim in iras
Surge feliceis, Dolor illæ noſtræ
Fax nova vitæ eſt.

XVII.

QVis ſeſe ex oculis tuis
Nunc, exercitus, huc, nunc movet altero

Illuc

illuc flexibilis pede,
Et nunc inſidiis tela tegentibus
Diri conſilij, fremit.
Nunc ſe Marte palam venditat igneo?
Tanta non opus eſt ope,
Enſeis conde graveis, ſpiculaq; ardua,
Me nutu potes unico
Vivum exſtinguere, me reddere ab inferis
Vel verbi imperio levis
Vel verbo levius ſi quid habes, CHARIS.

XIIX.

NOn me fortia bella, non furor me
Perdidit Saliſubſuli Gradivi,
Sed miles dominæ inſidens ocellis
Mollis, ridiculus, fugax, protervus,
Cui flamma eſt mera pro levi ſagittâ.
Scin quod nomen ei? vocant Amorem
Quodam nomine primulum ſuavi,
Verum is eſt furor, atq; amara peſtis.

XIX.

INtus intus habes meam
Intus, quam miſer, ah miſer,
Mentem quæro. Neæra,
Intus, intus habes meam.
Diſiunge oſcula, diſſitis
Vt introſpiciam, Eccalam
De vi conqueritur tua.
Sed tu reddere eam cave
Intus tu, vaga mens, mane
Intus heic tibi regnum eſt.

Intus

Digitized by Google

Intus heic patria eſt tibi.
Cum domi mea mens fuit
Erravit procul à domo,
Cum facta exul, amicam
Invenit patriam ſibi.

XX.

SIc amemus, amabilem
Vivamus mea vitam
Vita, gratia, Lux, venus.
Sic vivunt Superum Chori
Mutuo dati amori
Nec illinc pote deijci:
Vera eſt regula, amet prius
Qui volt, auctor, amari,
Sic amans redamabitur.
Amemus, redamemus, &
Nuſquam exſpatiari
Amorem patiamur.

XXI.

VIgil jocoſe, quidquiam jocum citra
Tibi referre Barthius volo voſter.
Videre numquid alitem recordaris
Sacram, elegantem, amabilem, aureis pinnis
In arboris ſedere vertice excelſo,
Roſeta dum per avia ambo oberramus,
Hymettiumq; mel jugamus Hyblæo.
Vt inde tu jocoſa dicta conſignes
Quibus venuſta nectar indidit Cypris,
At oſculationis ipſe confingam
Novum genus, ſecundus antea quale

Negat bibiſſe, & belluo ille Duſæus?
Vigil ioco ſe, noſſe te volo quidquam,
Volucris illa mens mea, arbitror, mentis
Vel ipſa ſi qua mens mihi fuit, victor,
Fuit, ioco ſe. Namq; tempore ex illo
Amare cœpi, id autumo fugam mentis.

XXII.

SI me mors prior auferat
Quam poßim ſatis hunc tibi
Declarare furorem
Legabo tibi Corculum Neæra
Iſtud tu ignibus, igneis
Impone ignibus ardidum,
O Iucunda Neæra.
Nidorem dabit hoc ſereni amoris.
Qui, ſi quid ſapis, & me amas,
Præſentem faciet tibi
Fato me ſupereſſe.

XXIII.

LYrce feſtina, tibi prima quæ ſe
Iunxerit virgo, puero potenti
Plena ſecedet, Deus hac ab antro
Mugit opaco.
Certat hic Rhæo, Hemitheam ſororem
Certa præverti, volat ille Caunum,
Et ſuæ volt Eilebiæ beatam
Reddere prolem.
Decipit vino ſtaphylus ruentem.
Particeps lecti Hemithea eſt petiti,

Digitized by Google

Caſus aut fortuna regunt amorem, &
Fata refutant.
Vtere in primam pietate totâ
Nobilis ſanguis, capit illa quem volt
Necte tu cuivis plagium, doloſum
Callidus hamum.

XXIV.

OMneis medicamen in horas
Servit mihi muſa puello:
Non curo rudem Panacæam,
Non horreo pocla Cicutæ.
Tutum facit auctor, amantem
Sed non ſine ego rationis
Amò amore, ut amabilis ipſe
Teneræ ſim Cantor amanti.
Si quando inſana Cupido
Nimios inſurgit in igneis
Præſto mihi frater Apollo
Liquida flammam domat unda.

XXV.

QVot mi baſia ſint ſatis, Neæra,
Illi mirifico oſculum Helluoni,
Baſiorum es Apicio & Vitellio,
Quæris lux mea? quot tibi Catullo
Dixi Lesbiolam ſuam dediſſe?
Quid cum Vatibus eſt mihi latinis?
Da mi millia mille, millia inde
Centum millia, millieſq; centum,
Atq; iſtic gemina omnia, omnibuſq;
Omnia iſtis adice, omnibuſq; mille,

Super

Super pondia quæ futura, mille,
Centum millia ſuctitus dabuntur
Mille millia linguitus dabuntur.
Centum millia dentitus dabuntur
Mille millia mordicus dabuntur.
Centum millia ocellitus dabuntur
Mille millia naritus dabuntur.
Centum millia labritus dabuntur.
Mille millia fronticus dabuntur.
Centum millia malitus dabuntur
Mille millia mentitus dabuntur.
Centum millia collitus dabuntur
Mille millia papillitus dabuntur.
Centum millia millieſq; centum.
Et tot millia quot ſuper ſibi ipſis
Millies puto centies futura.
Atq; iſta omnia conbitus dabuntur
Iſta cuncta columbitus dabuntur.
Quid me moroſophi vident magiſtri,
Criſpo numine barbarum notanteis,
Tot fictis Latio exſulem, ſine arte
Solo amore Vocabulis probandis?
Ah me quam fatuum genus: fugit vos
Quam ſit grammaticus bonus Cupido.

XXVI.

UT te ſuaviolis meis
Ut me ſuaviolis tuis
Mutuiſq; labellulis
Soſpitemus, & invicem
Soſpitemur io veni
Veni Chara Neæra.

Nam quid te remorarier,
Quid dicam remorarier?
Pectoris labat in genu
Quondam vivida vis, genu
Pectoris vice languidum eſt
Veni Chara Neæra
Non eſt quod tenero nimis
Non eſt quod trepido nimis
Suſpicere vocarier,
Tot duris gravidum genu
Vix ſuſtentat anhelitus,
Veni Chara Neæra
Vt flos quem tumidum in jugo,
Morſu bos rapit impio,
Vt Caltha in Cereris malà
Incidens ave, falcem, uti
Aratri impete flos perit,
Veni Chara Neæra.
Exhauſtum adſpicies tui
Ah deſiderio tui
Ah hauſtum adſpicies tuum,
Ah deſiderio nimis
Ardenti, nimis, ah nimis,
Veni Chara Neæra.
Iam jam ſucciduum genu
Non eſt, eccere, corpori
Non mens carminibus ſuper,
Non dextra eſt calamo, veni
Quantumcunq; poteſt, veni
Veni Chara Neæra.
Ventum eſt ô mea tempori,
Spes, ops, auxilium, ſalus,

Ventum eſt ô mea tempori:
Sic ſic languida mens redit
Corclum, cum ingenio, vigor,
Venit Chara Neæra.
Sic ſic labra labellulis
Oſculis ſine conſeram
Oſcla arentia, ſuſcipe
Spiritum iſtum, animam accipe.
At vos, ô recreamini
Venit Chara Neæra.
Fama eſt Androgeos vetus,
Quem ſerpens Epidaurius
Ceu poſtliminio dedit
Vitai reducem, in diu
Amiſſum penitus jubar,
Venit Chara Neæra.
Hi poſtliminio ſibi
Spiritusq; anima redux,
Spiritus illa iterum redux
Spectant aſtrica ſidera,
Spectant terrea ſecula
Venit Chara Neæra.
Salve ô viſa colentium
Mater, Luna, hominum potens,
Imprimis Dea amantium,
Vt voſtrum video lubens
Vt vultum ætheris & ſoli!
Venit Chara Neæra.

XXVII.

Q*Vid curioſis iſta & illa obtutibus*
Anus ſceleſta, faſcinas?

Dico, ſceleſta celeripede greſſu ambula.
In montem eumſe, quem vocat
Cum proſtituto congrege, æqualis tibi
Empuſa facinoribus malis.
Aut auferêre, non, mehercule, ut voles,
Furca librata penſili.
At, mea animula tu, peſſimas anus fuge
Bipedum nequiſſimas anus.
Quæ dæmonum pudore ſubmotum eſt genus
Promptiſſimè hæ ſtriges bitunt.
Mala res anus, anus peſſimum negotium eſt,
Cave animula mea, peſſimas.
Nec uſpiam his vel colloquare, vel pedem
Non, obvijs, vertas retrò.
Omen verecundæ puellæ anus malum eſt.
Non Aethyops quantum aut Spado.
Fœces, retrimenta, & generis humani anus
Amurca ſunt olidiſſima.
Nil eſt inefficace quod tentent manu
Malum; bonum tentant nihil.
Eunt vorantq́; ſibi ſuperſtites, dies,
Viventium convicia
His Aggeruntis orcus invidet locum,
Opicusq́; lembum navita.
Spuant ter ex queis obviant cœpta in via,
Et carmen hoc ter efferant:
Anus recocta, Mortuarium cribrum,
Viventium convicium.
Quodcunq́; noſtri peſtilans ferunt dies,
Tua fata conſumat, precor.
Vivendo meritum eſt, peſſime ut pereas, mala,
Meum timor eſt curæ Deo.

Hæ

Hæ ſunt neces quæ procreant homini, cui
Nec vita per ſatum data eſt.

XXVIII.

MAnes maximi & optimi Poetæ,
Et quantum pote, plurimum diſerti,
Si qui ſub tumulo, nici, ſecundi
Mortale officium meum quotannis
Non adſpernitis, ocyus venite.
Heic quid ſuavius eſt iis labellis
Quæ toto Venus imbuit Dionæ
Toto nectare; ſic ſatis ſuperq;
Vt poſt ipſe nequire ab oſculandis
Continere ſuum aureum labellum
Sit viſa aureolis ſuis Poetis,
Anus ſeſquiſenex, Noverca Lunæ,
Nutrix, Perſephones, ſenem viêtam
Quam vidit juvenis, Poeta quiſquis
Princeps Graia tulit per ora nomen
Saturni patris, & Iovis puelli,
Anus dentibus arrogans duobus,
Atq; illis Carie & ſitu pereſis
Auſa eſt ſuaviolum ore polliceri
Ore, inquam, Carie & ſitu comeſo.
Si quiſquam pius & bonus Poeta
Seſe, nomine ferre virginali
In Vulgi cuperet Volentis ora.
Orci deliciæ, Charontis ardor,
Quæ jam eſt ipſa ſuum ſibi ſepulcrum,
Imo putida, fœda, deſpuenda,
Fœmelli ſcabieſq; puſq; ſexus,
Anus ſeſquiſenex puella dici

Eugyo, cupit, ò Dij, vetuſto,
In quo tot laniję, Vulturesq́;
Invenére ſibi vetus ſepulcrum.
Antiquata cui ſua eſt ſupellex.
Cano, proh ſuperi, eſt puella crine!
Si quisquam tamen eſt ſuper capillus
Nec calvam Caries teredinesq́;,
Et blatta ſimul integram vocarunt.
O monſtrum horribile & nimis pudendum,
Quod non eſt niſi vertice expiare
Odij ipſius omnium bonorum!

XXIX.

UNum ſuaviolum Neæra nobis
Damnas de numeri dare illiusce
Medulla interiore, quo Deorum
Triſteis lætitia excutit rigoreis.
Vix labris mala labra complicando
Valgo ſuaviolo abſtinere juſsit.
An hoc ſuaviolum eſt dare? eſt dare illud
Cuius Iuppiter ex odore cœnam
Pro lauta Ambroſia inſtruit Deabus?
O vitæ mea vita, corq́; cordis,
Non hoc ſuaviolum dare eſt, dare hoc eſt
Ah deſiderium ſacrum & ſuperbum,
Vmbram eſt baſioli dare in ſpecillo.

XXX.

ISta ſuavia, baſia iſta voſtra,
Doloris, violantia, invidendi
Amorisq́; in eo, eius hoc viciſsim
Infelix medicamen, iſta dico

Vendam

Vendam morte meâ, ilicoq́; vitâ
Defunctus redimam; putabis iſthoc
Non ſatis precij, Viola, in iſta?

XXXI.

ESſe naturæ pote per ſuperbum
Ordinem; in veſtris, mea lux, ocellis
Exſtruam ſedes, neq; ab his movebor
Vſq; ſed ollis
Inſidens, noctesq; diesq;, quodq́;
Inter utrumq; eſt, modo ſi quid illic,
Concinam clare ſimitu imbibamq́;
Nectar amoris,
Quod favo quovis magis & ſuave
Et magis gratum viola roſave
Inſidum voſtrum veneris labellis
Excolit hortus.
Fiam apis, qualeis juga ſumma Hymetti
Perſtrepunt alis, & opaca ſubter
Clauſtra petrarum mage dulce condunt.
Nectare nectar.

XXXII.

POrro Quirites! iſta quis poteſt pati?
Oculos vocavi, cum labella flammarent,
Oculi vocati cum labellulis idem
Conſentiunt. flammantibusq;, me torrent.
Porro Quiriteis! iſta quis poteſt pati?

XXXIII.

NAe magnæ tibi conſcius rei ſis,
TIBVRTI, nove doctor, & marite,

Audax uſq; adeo hinc & inde, oportet:
Vix doctrina tibi ſua in palæſtrâ
Submiſitq; manum, deditq; palmam,
Novis te ilicet impedis periclis.
An neſcis Veneri quoq; eſſe bella?
Ab forti venit ambitu paranda
Heic Victoria, nobilis Coronâ.
Ius tu ſis licet uſq; & uſq; doctus,
Ut vix invenias parem in juventâ
Subducta ratione plurimorum.
Quod diſcas tamen, heic Venus docebit,
Examen Veneri novum ſubibis
Atq; iſtuc ſatis & laborioſum
Et multum nitidi bibax cruois.
Quei iſtuc ego reſciam, requiris?
Docent perlepide vetuſta dicta
De quibus tibi, ſublegens, faroreis
Paucam, per Saturam, dabo Deaſtrûm.
Quamprimum Heſperiâ cubile flammâ
Rubebit Croceum, advolare nuptis,
Nuptis, Cinxia, adeſſe tum memento
Ut Zonam ſoliant diu ligatam.
Ne, dum iſtic nimium moratur, ungueis
Sævæ Virginitatis experiri
Quod nolit juveni neceſſe fiat.
Hinc te, Cinxia, nunc moveto longè.
Adſtat jam Cuba, quæ docet jacere
Et molli thalamo indit ad puellam,
Ut ſuavi, ſine miſsione, bello
Incubet puer, obcubet, puella.
Et ne quis Lemuresve, Duſiosve,
Empuſamve, Liliuve contremiſcat

Sementem facias, dein docebo,
Quoquisq; ore vocabilis Deaſter.
Heic virum gere, juris ut ſubactor,
Anno te domitá patrem puellâ
In cenſu Veneris videre poſſim.

XXXIV.

SI quæ regna Doloris,
Si quæ Sceptra Laboris.
Si quæ damna Pudoris,
Si quæ lucra Timoris.
Vno dicere verbo
Optas, dicito Amorem,
Si quá peſte Caloris,
Si qua febre Rigoris,
Si qua nube Tremoris,
Si qua nocte Furoris,
Vis te perdere junctim
Vni ſubijce Amori.
Haurit regna Leporis,
Perdit ſceptra Vigoris,
Affert damna Decoris,
Poſcit lucra Nitoris,
Cuncta hæc prodigit unus
Rector parvus Amoris.
Labes vividi Honoris,
Sancti morbus Amoris,
Divi fautor Acoris,
Inceſti auctor Amoris,
Vno nomine cuncta eſt
Nullo corde Cupido.

Intus heic patria eſt tibi.
Cum domi mea mens fuit
Erravit procul à domo,
Cum facta exul, amicam
Invenit patriam ſibi.

XX.

SIc amemus, amabilem
Vivamus mea vitam
Vita, gratia, Lux, venus.
Sic vivunt Superum Chori
Mutuo dati amori
Nec illinc pote deijci:
Vera eſt regula, amet prius
Qui volt, auctor, amari,
Sic amans redamabitur.
Amemus, redamemus, &
Nuſquam exſpatiari
Amorem patiamur.

XXI.

VIgil jocoſe, quidquiam jocum citra
Tibi referre Barthius volo voſter.
Videre numquid alitem recordaris
Sacram, elegantem, amabilem, aureis pinnis
In arboris ſedere vertice excelſo,
Roſeta dum per avia ambo oberramus,
Hymettiumq; mel jugamus Hyblæo.
Vt inde tu jocoſa dicta conſignes
Quibus venuſta nectar indidit Cypris,
At oſculationis ipſe confingam
Novum genus, ſecundus antea quale

Negat

Negat bibiſſe, & helluo ille Duſæus?
Vigil jocoſe, noſſe te volo quidquam,
Volucris illa mens mea, arbitror, mentis
Vel ipſa ſi qua mens mihi fuit, victor,
Fuit, jocoſe. Namq, tempore ex illo
Amare cœpi, id autumo ſugam mentis.

XXII.

SI me mors prior auferat
Quam poſſim ſatis hunc tibi
Declarare furorem
Legabo tibi Corculum Neæra
Iſtud tu ignibus, igneis
Impone ignibus ardidum,
O Iucunda Neæra.
Nidorem dabit hoc ſereni amoris,
Qui, ſi quid ſapis, & me amas,
Præſentem faciet tibi
Fato me ſupereſſe.

XXIII.

Lyrce feſtina, tibi prima quæ ſe
Iunxerit virgo, puero potenti
Plena ſecedet, Deus hæc ab antro
Mugit opaco.
Certat hic Rhæo, Hemitheam ſororem
Certa præverti, volat ille Caunum,
Et ſuæ volt Eilebiæ beatam
Reddere prolem.
Decipit vino ſtaphylus ruentem.
Particeps lecti Hemithea eſt petiti,

Caſus aut fortuna regunt amorem, &
Fata refutant.
Vtere in primam pietate totâ
Nobilis ſanguis, capit illa quem volt
Necte tu cuivis plagium, doloſum
Callidus hamum.

XXIV.

OMneis medicamen in horas
Servit mihi muſa puello:
Non curo rudem Panaceam,
Non horreo pocla Cicutæ.
Tutum facit auctor, amantem
Sed non ſine ego rationis
Amò amore, ut amabilis ipſe
Teneræ ſim Cantor amanti.
Si quando inſana Cupido
Nimios inſurgit in igneis
Præſto mihi frater Apollo
Liquida flammam domat unda.

XXV.

QVot mi baſia ſint ſatis, Neæra,
Illi mirifico oſculum Helluoni,
Baſiorum es Apicio & Vitellio,
Quæris lux mea? quot tibi Catullo
Dixi Lesbiolam ſuam dediſſe?
Quid cum Vatibus eſt mihi latinis?
Da mi millia mille, millia inde
Centum millia, millieſq; centum,
Atq; iſtic gemina omnia, omnibuſq;
Omnia iſtis adice, omnibuſq; mille,

Super

Super pondia quæ futura, mille,
Centum millia ſuctitus dabuntur
Mille millia linguitùs dabuntur.
Centum millia dentitus dabuntur
Mille millia mordicùs dabuntur.
Centum millia ocellitùs dabuntur
Mille millia naritùs dabuntur.
Centum millia labritùs dabuntur.
Mille millia fronticus dabuntur.
Centum millia malitus dabuntur
Mille millia mentitùs dabuntur.
Centum millia collitùs dabuntur
Mille millia papillitùs dabuntur.
Centum millia millieſq; centum.
Et tot millia quot ſuper ſibi ipſis
Millies puto centies futura.
Atq; iſta omniu conbitùs dabuntur
Iſta cuncta columbitùs dabuntur.
Quid me moroſophi vident magiſtri,
Criſpo numine barbarum notanteis,
Tot fictis Latio exſulem, ſine arte
Solo amore Vocabulis probandis?
Ah me quam fatuum genus: fugit vos
Quam ſit grammaticus bonus Cupido.

XXVI.

UT te ſuaviolis meis
Et me ſuaviolis tuis
Mutuiſq; labellulis
Soſpitemus, & invicem
Soſpitemur io veni
Veni Chara Neæra.

Nam quid te remorarier,
Quid dicam remorarier?
Pectoris labat ingenu
Quondam vivida vis, genu
Pectoris vice languidum eſt
Veni Chara Neæra
Non eſt quod tenero nimis
Non eſt quod trepido nimis
Suſpicere vocarier,
Tot duris gravidum genu
Vix ſuſtentat anhelitus,
Veni Chara Neæra
Vt flos quem tumidum in jugo,
Morſu bos rapit impio,
Vt Caltha in Cereris malà
Incidens ave, falcem, uti
Aratri impete flos perit,
Veni Chara Neæra.
Exhauſtum adſpicies tui
Ah deſiderio tui
Ah hauſtum adſpicies tuum,
Ah deſiderio nimis
Ardenti, nimis, ah nimis,
Veni Chara Neæra.
Iam jam ſucciduum genu
Non eſt, eccere, corpori
Non mens carminibus ſuper,
Non dextra eſt calamo, veni
Quantumcunq́, poteſt, veni
Veni Chara Neæra.
Ventum eſt ô mea tempori,
Spes, ops, auxilium, ſalus,

Ventum eſt ô mea tempori:
Sic ſic languida mens redit
Corclum, cum ingenio, vigor,
Venit Chara Neæra.
Sic ſic labra labellulis
Oſculis ſine conſeram
Oſcla arentia, ſuſcipe
Spiritum iſtum, animam accipe.
At vos, ô recreamini
Venit Chara Neæra.
Fama eſt Androgeos vetus,
Quem ſerpens Epidaurius
Ceu poſtliminio dedit
Vitai reducem, in diu
Amiſſum penitus jubar,
Venit Chara Neæra.
Hi poſtliminio ſibi
Spiritusq; animæ redux,
Spiritus illa iterum redux
Spectant aſtrica ſidera,
Spectant terrea ſecula
Venit Chara Neæra.
Salve ô viſa colentium
Mater, Luna, hominum potens,
Imprimis Dea amantium,
Vt voſtrum video lubens
Vt vultum ætheris & ſoli!
Venit Chara Neæra.

XXVII.

QVid curioſis iſta & illa obtutibus
Anus ſceleſta, faſcinas?

Dico, ſceleſta celeripede greſſu ambula.
In montem eumſe, quem vocat
Cum proſtituto congrege, æqualis tibi
Empuſa facinoribus malis.
Aut auferêre, non, mehercule, ut voles,
Furca librata penſili.
At, mea animula tu, peſſimas anus fuge
Bipedum nequiſſimas anus.
Quæ dæmonum pudore ſubmotum eſt genus
Promptiſſime hæ ſtriges bitunt.
Mala res anus, anus peſſimum negotium eſt,
Cave animula mea, peſſimas.
Nec uſpiam his vel colloquare, vel pedem
Non, obvijs, vertas retrò.
Omen verecundæ puellæ anus malum eſt.
Non Aethyops quantum aut Spado.
Fœces, retrimenta, & generis humani anus
Amurca ſunt olidiſſima.
Nil eſt inefficace quod tentent manu
Malum; bonum tentant nihil.
Eunt vorantq;, ſibi ſuperſtites, dies,
Viventium convicia
His Aggeruntis orcus invidet locum,
Opicusq; lembum navita.
Spuant ter ex queis obviant cœpta in via,
Et carmen hoc ter efferant:
Anus recocta, Mortuarium cribrum,
Viventium convicium.
Quodcunq; noſtri peſtilans ferunt dies,
Tua fata conſumant, precor.
Vivendo meritum eſt, peſſime vt pereas, mala,
Meum itiner eſt curæ Deo.

He

Hæ ſunt neces quæ procreant homini, cui
Nec vita per fatum data eſt.

XXVIII.

MAnes maximi & optimi Poetæ,
Et quantum pote, plurimum diſerti,
Si qui ſub tumulo, nici, ſecundi
Mortale officium meum quotannis
Non adſpernitis, ocyus venite.
Heic quid ſuavius eſt ijs labellis
Quæ toto Venus imbuit Dionæ
Toto nectare; ſic ſatis ſuperq;
Vt poſt ipſe nequire ab oſculandis
Continere ſuum aureum labellum
Sit viſa aureolis ſuis Poetis,
Anus ſeſquiſenex, Noverca Lunæ,
Nutrix, Perſephones, ſenem viêtam
Quam vidit juvenis, Poeta quiſquis
Princeps Graia tulit per ora nomen
Saturni patris, & Iovis puelli,
Anus dentibus arrogans duobus,
Atq; illis Carie & ſitu pereſis
Auſa eſt ſuaviolum ore polliceri
Ore, inquam, Carie & ſitu comeſo.
Si quiſquam pius & bonus Poeta
Seſe, nomine ferre virginali
In Vulgi cuperet Volentis ora.
Orci deliciæ, Charontis ardor,
Quæ jam eſt ipſa ſuum ſibi ſepulcrum,
Imo putida, fœda, deſpuenda,
Fœmelli ſcabiesq; pusq; ſexus,
Anus ſeſquiſenex puella dici

Eugyo, cupit, ò Dij, vetuſto,
In quo tot lanijq; Vulturesq;
Invenére ſibi vetus ſepulcrum.
Antiquata cui ſua eſt ſupellex.
Cano, proh ſuperi, eſt puella crine!
Si quisquam tamen eſt ſuper capillus
Nec calvam Caries teredinesq;,
Et blattæ ſimul integram vocarunt.
O monſtrum horribile & nimis pudendum,
Quod non eſt niſi vertice expiare
Odij ipſius omnium bonorum!

XXIX.

UNum ſuaviolum Neæra nobis
Damnas de numeri dare illiusce
Medulla interiore, quo Deorum
Triſteis lætitia excutit rigoreis.
Vix labris mala labra complicando
Valgo ſuaviolo abſtinere juſsit.
An hoc ſuaviolum eſt dare? eſt dare illud
Cuius Iuppiter ex odore cœnam
Pro lauta Ambroſia inſtruit Deabus?
O vitæ mea vita, corq; cordis,
Non hoc ſuaviolum dare eſt, dare hoc eſt
Ah deſiderium ſacrum & ſuperbum,
Vmbram eſt baſioli dare in ſpecillo.

XXX.

ISta ſuavia, baſia iſta voſtra,
Doloris, violantia, invidendi
Amorisq; in eo, eius hoc viciſsim
Infelix medicamen, iſta dico

Vendam morte meâ, ilicoq́; vitâ
Defunctus redimam; putabis iſthoc
Non ſatis precij, Viola, in iſta?

XXXI.

ESſe naturæ pote per ſuperbum
Ordinem; in veſtris, mea lux, ocellis
Exſtruam ſedes, neq; ab his movebor
Vſq; ſed ollis
Inſidens, noctesq; diesq;, quodq́;
Inter utrumq; eſt, modo ſi quid illic,
Concinam clare ſimitu imbibamq́;
Nectar amoris,
Quod favo quovis magis & ſuave
Et magis gratum viola roſave
Inſidum voſtrum veneris labellis
Excolit hortus.
Fiam apis, qualeis juga ſumma Hymetti
Perſtrepunt alis, & opaca ſubter
Clauſtra petrarum mage dulce condunt.
Nectare nectar.

XXXII.

POrro Quirites! iſta quis poteſt pati?
Oculos vocavi, cum labella flammarent,
Oculi vocati cum labellulis idem
Conſentiunt, flammantibusq; me torrent.
Porro Quiriteis! iſta quis poteſt pati?

XXXIII.

NAe magnæ tibi conſcius rei ſis,
TIBVRTI, nove doctor, & marite,

Sementem facias, dein docebo,
Quoquiſq; ore vocabilis Deaſter.
Heic virum gere, juris ut ſubactor,
Anno te domitâ patrem puellâ
In cenſu Veneris videre poſſim.

XXXIV.

SI quæ regna Doloris,
Si quæ Sceptra Laboris.
Si quæ damna Pudoris,
Si quæ lucra Timoris.
Vno dicere verbo
Optas, dicito Amorem,
Si quâ peſte Caloris,
Si qua febre Rigoris,
Si qua nube Tremoris,
Si qua nocte Furoris,
Vis te perdere junctim
Vni ſubijce Amori.
Haurit regna Leporis,
Perdit ſceptra Vigoris,
Affert damna Decoris,
Poſcit lucra Nitoris,
Cuncta hæc prodigit unus
Rector parvus Amoris.
Labes vividi Honoris,
Sancti morbus Amoris,
Divi fautor Acoris,
Inceſti auctor Amoris,
Vno nomine cuncta eſt
Nullo corde Cupido.

XXXV.

ANimuia mea, Roſula nitida,
Vale Roſula mea, ego iter obeo,
Iterum iter obeo quod eo ſemel
Vti peream. Ego uti pereo, novo
Facinore redeo ſupera Loca
Amor herus id agit ego ſequor im,
Ave Roſula, mea animula ſave.
Oculus hilaris, Amor amat eum
Cui bona Roſula propitia ſit.

XXXVI.

LAeta modo alterno terram pede, Gratia, pulſans,
Hæc mihi in imam intro gannijt auriculam,
Vive: volat celeri ſaltu irreparabile tempus,
In medias ſalijt Mors fera ſæpe roſas.

XXXVII.

MElla puer poſito ſpoliabat Cyprius arcu,
Ah tenerum apis mala percutit ſurunculum:
Ille ferox domuiſſe Deos humanaq; ſecla,
Non tulit ineptæ ludicrum ictum beſtiæ.
Protenus ad matrem clarâ cum voce quiritans
Paphi roſeta ſublegentem, curſitat.
Arrectoq; ciet miſerandos pollice queſtus,
Et candido ter impulit terram pede.
Alma Dea arridens, qualis, cum nubibus altis
Plenum os rotundo Luna protulit ſpeclo.

XXXVIII.

QVid gloriaris, barbare bubſequa,
Luſiſſe molleis nos faculas nimis?
Tibi Catonas cum Platone
Nec fere laureolam ſeveros

Zenone

Zenone multo ſobrius ebrium
Ridere malo quam lepidis ſequi
Iocis, ab horto flos receptus
Pierio, temerabit ungueis
Olente amurcâ? Flebilis eſt Amor
Ambire læſis delicias jocis,
Perire ſi votum eſt, Camœnis
Non opus eſt lepidis, peribunt
Hirci feroceis cornua dum levant
In Gratiarum infeſta ſacras arcis
Nolente fulmen vel Iove ipſo
Horriſonos quatiet Bloviſcos.

XXXIX.

LAtmiacos qualis ſpectavit Dêlia ſomnos
Ora fovens labijs purpurei juvenis.
Mentem animi grata ſpectacli luce fatigans,
Vixq; tenens toto gaudia tanta ſinu.
In ſpeculo noſtri talem ſe cernere vultûs,
Hei mihi non æquâ luce, Neæra poteſt,
Cui ſaties noſtri cum ſit non ulla lepôris.
Quem reperit duplici reddit Amore mihi.
Dum cernunt alij flammas haurire feruntur,
Dum videor me mi ſurripit Ignis edax.

F I N I S,

Casp. Barthi

IN POETI-FICEM BAVIUM SATYRA NOVA.

C. BARTHI

SATIRA IN POETIFICEM BAVIUM.

Monſtridome Alcides, furcillatrice gigantum
Dive potens clavâ; quid denis atq; duobus
Portentis potuiſti olidos laſſare lacertos
Stercoris exhauſti numerans immane tropæum?
Aut, ſi poſt decimam addatur tibi tertia febris;
Quinquaginta unâ completis nocte puellis?
Herclè, ego cum reputo, multo minor es mihi divus,
Quam dicunt plauſtris reſupini Theſpidis Hirci
Facibus obſcœnis uncti pallentia vulta.
Quamvis virivomi traxti tria tum canis ora
In lucem, atq; unâ magnâ morte auxeris orbem:
Nam quid te ignavo dicam comburere ſomno
Aetatem validam atq; Augiæ peſtibus aptam?
Quæ poſſint centum purgari menſibus illa
Queis centum Alcidæ non ſint ſatis antè, puellæ?
Stertere ſi vacuum eſt orbem inceſtante tumultu
Endoperatoris ſerogenitum ad puteal te
Amteſtatus ago, duodenis, Hercule, luſtris
Patrari potuit quiddam, tu Porcius ingens;
Nil præter mera quis ſtruxiſſe mapalia: nam quid
Heic ego non querar, aut quem non cauſſerve Deorum

Aut hominum incuſem? Monſtrorum è ſtercore foſſor
Perpetuus patrio, (quo jam dictante culinis
Hercule fiat opus, Cartis mergentibus ollas:
Vt piperis tunicæ, rhomborum Phœbus amictum
Vendat, agens Satyros;) bullis pendentibus extra
Muſarum inſtituit, calida de more, tabernam.
Commendicatis cluneis centonibus hirtos
Cuſpide protendens ſpinæ anguineæ; omnia nauci
Nomina purpureûm præ ſe contemnit hemonum.
Concurrunt, miſeræ, ſortis decermina, larvæ
Et mercantur apros, rubeat queis mollis Adonis.
Cum nigri venêre Coci, gens candida ſertà
Laureolá eſt; tenues, pulliq; fuêre ſybotæ,
Nobilitas titulis redeuntibus intumet altis.
Multis ille quidem, pro Nobilitate, Creator
Adſperſit ſordeis, queis Spongia Norica priſcum
Induit Auguſti Telamonem Cæſaris: omneis
De reliquo genere, & niſi ſint obolis tribus hoſteis
Queis redimant titulum lauriq; volubile pignus,
Nil niſi fatidicos, vulgi convicia, vappas,
Cyclicus ipſe putat; quid enim te, prodiga Laurus,
Laudem obolis venum ire tribus? viliſſima jure es
Quæ facis inſanire homines, palpabere, ſi qua
Treis obolos mereas: fruſtrà donata recedis,
Et caput horridulum nautæ ſpurcare togati
Incipis; & merito: quis enim tam vilis & Excors
Vt vulgi digitis monſtrari debeat, ergo
Inſanire velit? non omneis ſancta Platonis
Verba ligant, nec mollis Ion: Comes Atticus olli
Nemo dedit ſenis conſtrictum legibus orbem
Quem dicunt verſum perculſi fulmine vatis.
Rara deûm nutu veniunt modo carmina; quondam

Attoniti vateis bacchabantur ſibi divos:
Et Phrygiam propter cœlum docuere duella.
Nunc miſeri indigetes delirant vilius, & ſe,
Non ſuperos curant: rarò modo Epiſtola Marti
A Venere occurrit Getico ſudore madenti.
Vulcani perſape manus incudibus amplis
Cyclopas laßâre ſolent; aterrima quando
Ingluvies, vomitum Enceladi ſimulata, Poetis
Horrifici officium defuncta Pyragmonis, Aetnæ
Verſibus inflavit folleis; ut ſulfure multo
Auſoniæ ſubſidat ager, Latijq; vetuſta
Culta cinis ſpoliet fæcundâ meſſe bonorum?
Atq; equidem porrò non eſt Natura Poeſis:
Non ars, non Cura eſt; quâ, non parentibus illis
Grandia facundi miramur carmina SilI:
Naturam ad verſus OvidI deduxerit error.
Quem ſequitur tumido generoſa Papinius ore
Fulmina concipiens, ut quâ Rex pulpita voce
Ruperit, inter ſe Critici contendere malint.
Scaliger hoc defendat, in hoc Caſaubonus inſtet.
Arte quis umquã adeo ſua comſit inerte, Maro ceu
Qui tabulis ideo ſupremis barbarus audijt?
Vindiciis legitur divinus carbo tyranni.
Nam reliquos jus eſt ſeponere: quid, Naſonem,
Lambendo quidam teretiſmata doctus ab ovo
Vrſa adeo, ut nomen pellinctor traxerit inde,
Naſonem non hic damnat ſermone Latino?
Furatum æs EnnI quis neſcis Parthenium, illo
Vt mox excocto generoſum duceret aurum?
Statius excedat ſilvis Heliconis ob æſtum
Si qua fides Critico eſt. SilI nec carmina dicam
Conceſſum eſt, ſi quid dictator dicere novit

Grammaticus, latrat Lucanus, at inde tyrannos
Non dormire ſinit: Flacci quid Regula peccet
Error in obſcuro eſt, ſed Scaliger invenit illum.
Quid reliquos dicam? Valeri Cunabula Flacci
Quintilianus amat, ſi declamatio ClaudI
Diaq; Burdegalæ pugnat pro vate Moſella,
Pauci adeo vates, Ratio majoris habenda eſt
Partis, abit Cenſor, ſudatq; in flore recenti.
Quin ſapiant igitur vateis de meſsibus hornis.
Nil natura poteſt, artem curamq; refutant,
Ingenium bulla eſt. Mendici qui bene doctus
Perſonam, crotalis Pharias meditabitur Ibes.
Exambire potens roſtratæ fœda precando
Purgamenta nati volucris, ne ſordeat illa
Parte, hodie per quam quamplurima carmina tinniũnt,
Iam vates, Muſis & Apolline dignus amico eſt.
Saltim aliquid cupidis Calepini faucibus offæ
Ingerat, ardet honos, hic pro te, Fama, quadrigas
Conducit cœlo, perijt tibi, Mantua, laurus.
Tantum judicij eſt, obolis non parcere trinis.
At Cocus infelix poſtquam mendica Poeſis
Ad piper & ſcombros deſcendit, nil ſapit inde
Pallidiùs, quamvis tunicas tot carminis alti
Quotidiè impendat fumis, ut tota ligatos
Hæreat in numeros pictâ fuligo camino.
Poſtquam impenſa typo generoſa eſt fabula de te,
Pingueſcunt pernis fumaria plena ſalitis.
Caſeus aut ſi quis longinquo cærulus igne eſt.
Neſcis fortunam miſer, & pulmenta poetis
Dimidia infercis, ut de te carmina Famæ
Imputet, unde lucrum naſcatur bibliopolis
Salſamenta quibus venduntur plurima, namq;

Heic

Heic vivunt chartæ Hippolyti de more cruentæ.
Cætera nil audent his viſis turba Poetis,
Muta metu ob titulos, & rubræ fulmina ceræ,
Ingenio cujus quævis vadimonia linquas.
Publica cum ventum eſt ſubſellia, rumpitur ingens
De pluteis numerus ferrato Stentoris ore.
O vatum inſipiens auctor Smyrnæus Homerus
Quem ſequitur Minci Cygnus, quem Perſius exin,
Atq; adeo multi quos ſecula lauta tulerunt.
Quiſq; ſibi in votum quod ferrea pectora ducat
Vnde queat ſolidè rebus ſatis eſſe canendis!
Noſtri hoc Barbaries nacta eſt cum fænore ſecli,
Nec tamen in verſus ſibi ſufficit. Aere ſonabat
De ſolido Didymus, ſi quis Chalcenteros audijt,
Teſticuloſus homo: miſer eſt, atq; olla putanda
Fictilis, anne negans æri concurrere prono,
Si Didymus nunc eſt. toties centeſimus exit
Hunc furor, in quot hians deſcendit cornua Nilus.
Bacchantur vateis. Satiri loligine pigra
Mendicant ſuper his: ſine Sillis prodiga pallet
Græcia, mentiri facilis, ignoſcere dura.
Atqui olim huic populo, ſi verum eſt, dia Platonem
Pulpita in Antimacho retinent recitante ſupinum,
Vnde venit ſpargens dicteria Candor, in uno
Millia multa mihi: rectum heic clamate Pelasgi,
Cur ſibi quiſq; Plato eſt? pro multis millibus unu.
Auſcultat ſibimet vates, cum febre Corona
Demiſit paulùm, Anticyris purgata duabus.
Hoc decet, hoc jus eſt ne ſit ſine judice Tmolo
Phœbi por, auriculas poſtquam conceſſit in amplas
Aurivorus Mida, jam dignus portare Alibidam.
Atq; hoc caſtorum eſt hodie fatum, omnia laudant

 Auſcul-

Auſcultatorum niſi quæ non percipit ordo.
Sic docti pereunt, ſertum donatur aſellis.
Sibila ſi ſtrepitumq; pedum dat concio, certum eſt,
Statius in pluteis. ſi læta eſt, Chærilus inſtat.
Denſa hodie felix vatum eſt annona profecto:
Cornipedes Saturos Nymfis Pontanus amicat
Indigenis, rubet auditor, laudantia ſaltem
Aſſuetus laudare ſibi. Sine merce placendi
Theta ferunt omneis, nec ſcandunt Bibliopolas.
Interibi velis venum venit horrida plenis
Gloria verſificis, ceu pingitur India textis
Iudaicis, & ceu proponit agyrta tapete
In quo concurrant mirandi monſtra palati,
Cercopithecarum ſaltatrix turba puellûm,
Vel qualeis albis Batavus venatur in urſis
Trans glaciei cumulos majori frigore vectus.
Quo neq; Sol radijs, nec vates carmine venit,
Antideà quiſquam, nec Laurea Poulibiana.
Tali conſpicuum aulæ ſe, & ſua profert
In populum, vatum pallens deſultor, inanem,
Factaq;, cum titulisq; jubas, & Martia ſigna,
Præfigit foribus. dormis, Euphormio, dormis?
Luſiniamve fugis, quo te, medicamine fuſo
In terram, excipias ſtultis? heic gloria luſui eſt
Arbiter albe, tuo: Scena hinc augenda Petroni
Materiam hinc Silli rapiant armentq; pedeſtres.
Nam quid enim declamat iners illic Agamemnon,
Aſcyltosq; rapit puerum, cum Neſtoris atrox
Pondere? quid cœnam Pompejus Malchio ſervat
Ad libras vatum, Publiq; in carmina ſiſtit?
Quid nox inceſta eſt tectè narrata Neronis?
Balnea vel fugiens Lapidantia Muſopatactos?

Quid

Quid Captatorum captans Eumolpus amoreis?
In titulos Satiris opus eſt tibi Pulibianos
Docte Senex, Timone opus eſt ingente Poetis.
Tu vero in natibus fugitivum Cæſara grandi
Vulnere configis, non par, Euphormio, mundo
Quoi te ulciſcentem dictas opponere librum.
Nil agit in Saturâ qui deſerit otia vatum,
Ad titulos fatui necquicquam auctoris hiantum.
Sepiolá hîc opus eſt, huc totum impendite virus:
Cum venit ad ſaltus vatemq; exorſus ab ovo
Decurrit Bavius, creat omenta, atq; palatum,
Et cluneis inflat, vis iis jam pluribus aptos
Ex quo Laureolâ caput exornare ſuperbit.
Ingenium exſpectas? non hoc Comitiva Creanti
Tradidit inſipido, nec enim eſt Aquavivus in iſtud
Vſq; potens, dabit ergo alij quod non habet ipſe?
Ignoſcas, ô die Cato, deliria noſtra,
Vltro confiteor. Fremit interim honore recepto
Toto in fermentum magni Perſona Creantis.
Non hunc agnoſcat, ventrem ut pellacis Vlyſsi,
Vulnere de aprino, nutrix: Iove plenus oberrat
Inſcius ipſe ſui: tamen hoc mirabile monſtrum eſt
Tam cito quod peragit: nemo cum ſenſerit intus
Incipere, excepit toto jam ſine Poetam
Extra, ingens Genitor, ſine pene & vertice maſſam.
Ignoſcas fatuis, ſecum omnia perdidit Heros
In titulis monimenta ſui, dum fingitur abſens.
Evantum intereà toto Cybeleia circo
Cornua confremuere, choros augeſcere Gallo.
Semivir ipſe hederâ comtus florente ſubactis
Greſsibus incedit, vates nunc, pridie amicus
Ducentis ſoleas ingenti dente vetuſtas.

Oenophorumq́ ſitit medium. latus inclyta fodit
Gloria jamdudum, factum è ſutore Poetam.
Iam fremit in Nemeæ titulos, & Olympica Dirces
Eripiet Cygno, niſi ſint deliria Grajûm,
Quæ legere ille poteſt benè tam quam Accurſius ingens.
At miſer erubuit pridem Maro, carmine triſtis
Aureolos meritus paucos. Meret aureolo iſte
Dimidio verſuûm tot millia, quot cupit ipſius.
Non cui jam ex homine occœpit prodire Poeta
Sed qui fortunam cæci eſt lucratus Homeri.
Ipſe Comes lauru peram mutare ſuperbus
Omnipotens facto nomen ſibi vate meretur,
Immortale cui dudum dedit incluta Peitho.
Aſt hodiè hac fecit, cras, cum non ſponte tabernam
Accedent pueri, præco conductus obibit
Vicatim populum, mendicabitq́ tributim
Tibia, nupturiunt Muſæ, date flammea, quin jam
Flammea ſumſerunt, ſponſos anquirite ſolos.
Appictum eſt tabula pretium, ſex nomina ſolvent
Aureolum: ſed ſi præſto ſit ſeptimus? eſto.
Turba benigna ſumus: laurum huic donabit Apollo.
Enduperatori ſervimus ſponte benigno.
Hic BAVVS eſt. reliquum omne omnis ſcit terra, poliq́,
Antipodesq́ puto, certè ponto omnis in alto
Bellua. quæq́ novos ſemper creat Africa fœtus.
Vnde quidem noſtro ductum eſt gentile Patrono
Nomen, & inde novis ſtipat præconia bullis.
Si minus æs loculis quis habet pallentibus, ergo
Eluſus lauru digito ſcalpet caput uno?
Non, non cœna modo ſit dimidiata, videbit
Pauperiem magnis gratam eſſe Heroibus iſtam.
Callimachum faciet Hecales penuria, ſaltim

Helvellam

Helvellam obijciat ſitienti, talia ſæpè
Cum minor annonam crevit Pater, & quoq; ſæpe
Vilia cœnavit magis his, ſaltator amicus
Dijs ſuperis, medijs, Acherontiacisq; Poetis.
Haud iſtô melior Baviô, ſeu multa voratu
Stringere lauta uno, vomituq; ea reddere poſcas,
Seu caſu in dubio buccellam guſtet, & inter
Fortunam ingentem norit diſpeſcere vileis
Rex epulas, Canis ut capiat paulum, ipſe ſibi inde
Seponat paullum, famulusq; famelicus illud
Quod ſupereſt ſtomacho raptim commendet hianti.
Rara capit ſaties Bavios. ſemel auget Agellos
Imbribus indigenis caput obſcurus, ſacer amnis,
Delta Poetifici Saties ſemel irrigat Ota.
Tum malus eſt, ſtomachi cum jam civilis Enyo
Conceſſit nebulis. Aſiam omnem atq; Africa regna
Attabalibaos jam non fruſtra ambit Honoreis.
Thevetis opus eſt, ô Gallia. Siſtite pugnas
Coſmographi, mundum Saturi regit oſſa Poetæ.
Væ tibi qui titulos pendenteis ponè tabernas
Sollicitaſti olim: Vigilis perſona luenda eſt
Innocuo, cum jam ſtertens Solem videt altum.
Varroni modus eſt matulæ, delira Menippi
Dogmata Pœna ſequi eſt. Septingenteſimus ergo
Opprimit hunc tenebris annus; nec ſtridula vincet
Hebdomas in laudeis vatum decurſa, latendi
Horribilem bilem. qui rodunt Carmina vivent
Trans Comitis numeros? non eſt ſperabile quoiquã.
Quid quod prodigium eſt. vix oppugnabile magnis
Prodigium tauris, aſinorum totâ hecatombâ,
...t procul à terra mergendorum Hermaphroditûm,
...i mus ridiculus arroſit dentibus aurum?

Quod factum eſt cum jam decimus, ſtipante ſecundo,
Annus in Italiá Pœnos traduceret hoſteis,
Annibalemq́; ſenem vincendo expellere virtus
Aeterni imperij, vieto ſub flore, nequiret.
Ergo ſuccubuit Criſpinus, amabile nomen,
Marcellusq́; ſenex, Conſul Romanus uterq́;.
Sic eat, hoc potuit corroſi prodigium auri.
Fruſtrà ergo nunc laureolam tentare coronam
Serpenteis per humum poſſint tentare Menippi?
Non, non, non tantum Reſtat tibi laurea, ad aurum
Vna modo ſupereſt tibi littera longa, ſuis quam
Imputat Exſequiis, deductam Iure, Baviſcus
Et non Exemplo res eſt ſatis illa Batavi
Pœna ſenis: qui cum nollet jam Scaliger eſſe
Suppoſitus ſibimet, terras libroſq́; reliquit?
Infandos adeo libros, ut Lojola ingens
Miltiadis titulis indormiviſſe nequirit
Ex quo Scaligerum ſoboles ſapere iſta putata eſt,
Quamvis ſe totum Veſtæ devoverit olim
Narraritq́; ſenex Aegyptia ſomnia Clarus.
Quamvis Sanga ferox foriis, purgabile monſtrum,
Oppoſuiſſet ei, qui vincit cætera, divo
Clavigerá fatuo dextra, exſanguiq́; Leone.
Scribite iò Batavi pro magno maxima divo
Eulogia, & Saturis pelleis inflate tumenteis,
Lunaiq́; novum monſtris anquirite regnum,
Cum cadat Herouin intereà genus: Extulit ergo
Docta Senem Pietas ludentis culta Menippi.
Ante invictus erat, ſenio, cautusq́; tonandi
Iuppiter, armatá retinebat fulmina dextrâ.
Poſtquam Scurrarum ſaltata eſt fabula Regis,
Deceſſit terris, quem ſemper lumine luſco

Invidia

Invidia intuita eſt. Et cum non dia reperta
Poſſet, in excidium generis dirupta veneno eſt.
Magno adeo conſtat ſcriptoribus, eſſe diſertos.
Sed quid? ni cauſſâ cecidiſſet Tullius olim
Barbatis mullis, Milo, tibi ſæpè carendum
Quoi fuerat, facit exſilium vivaria lauta.
Semper in adverſis aliquid ſolaminis ultro
Fata ferunt. cum octiduum domicœnia latrat
Scorpius eſuriens, & conjectanea fumi
Inſcribit libris, ut porticus omnis ab uno
Pingueſcat, ſine præputI, ſine calcis honore
Occipite ingenti, libro: ceu miſſa per auras
Saturni è cælo, ſpes conſolatur biantem.
Iam non legatis novit furor eſſe ſacrata
Iure hominum ſua jura: capos, galloſq; rebelles,
Et jecur exſtantis ſacer oratoris omaſo
Commendat Veſpillo, patris vadimonia ſervans.
Naſcitur Iliados magnum jecur, anſere majus
Helleſpontiaci cui debita Cura Priapi eſt.
Ergo Comes primum divo ſeſe imputat hillis
Exſanguemq; fovet penem, vicinia quem jam
Depopulatur, edax pœnæ furunculus exeſt.
Heic videas Alagabali proſcenia Magni,
Abrupit tunicas, Venerisformamq; decuſq;
Indutus, Paridis ut poſſit vincere pomo,
Ante Deum nudo ſubſidit clune ſecutor
Scorpiades, recipitq; ſibi tot debita dudum
Pulpamenta lepus, ſuccuſſis ſtrenuus alis.
Nec ſatis eſt divi Petulantia, mox docet ipſum
Nobilis Hiſpanus benè laſcivire Triphallum.
Automata Eumolpi, veteris myſteria Amilli,
Et Sybaritarum, cum Sapphus Schemate, libros

Sotadi-

Sotadicoſq; elegos, & quicquid nobile factū
Eduxit Capreas TiberI ſcelus, erigit iſtic
Temporis à lapſu larvati pompa Cinædi.
Nec ſtetit humanis velox petulantia membris
(Quæ Sporus, in Pelopis humerum æmulus, imputat aſtris,
Reſtituit quando quā tantâ ætate carendum
Fœmineo fuerat generi, nova gloria partem.
Credo equidem matri veſtræ nil tale fuiſſe,
Phallice Munſteripor, poſticâ quæ fore talem
Evomuit peſtem, ſine pube & ſemine caulem)
Vltro abit in volucres: hei quo jam paſſere pallet
Exoptatq; expertùs avem! jam tot ſibi magnas
Non videt elumbi ſecedere podice parteis.
Iam tremit & retro quid neſcio flebile gallat.
O caput Europæ virtus Germania, Franca
Germani quondam gens nominis optima bello
Pacificaq; tuba magnum laudata per orbem,
Hoc ſcelus, hanc peſtem, trans omnia facta priorum,
Afflantem noſtros infami crimine morem,
Salmacidæ ſpoliis oneratum, ambasq; ſiniſtras
Inſertum manicis, enſemq; & tympana magno
Pulſantem gemitu, Cybeles myſteria doctum
Quam bene Germanis jam dudum finibus illuc
Exſpuis, audet ubi facere heic meditata Cinædus:
Augeat Hiſpanis Italisq; decoribus, iſtîc
Nemo homini invideat titulos, ſi bellua noſtri
Nominis apta modo eſt. Comes, Auratusq; recedat
Et Romanus eques, Spano prænobilis œſtro,
Patriciumq; nefas procul extra regna Deorum
Porticibus figat vacuis, Stoöq; rigori
Conſcribat normam, mutetq; Lacoñ Lycurgo.
Hunc Bavius Caper exoret cum fornice toto

Mercan-

Mercantem innumeros, vendentemq; aſſe recepto:
Ambo famis Proceres, ambo Paraſitica regna
Invidiam citra nacti felicia, ni quod
Madrucij legata negant? ſed paullum adeo iſtuc
Vt nolit meminiſſe viri, cum Cynthius extra
Splendeſcat ſaltim. Levis eſt occaſio pulpæ
Vt venit, excedit. ridente Datarius offa
Infelix redimit ſutum, Laudiq; figurat
Iure obitum heſterno. felix ut fabula fiat.
Hoc Bavius certe fortuna major amica eſt
Quo minor in titulos, larva deſudat anili,
Hic venit in Saturam ſine Iure famelicus: ergò
Sit ſatur intereà, latranteis neſciat hiras,
Se quoq; ſæpe domi neſcit; Capitale ſed iſtud
Ingenium exceſſu facile eſt defigere lento,
Cænatum ducendus abit furor. artificem iſtic
Ignoras Scoppum, Poſcus non Scoppius in iſto eſt
Veſpillo genere: ad Patrimonia quanta profectus
Carceris in Veneti ducendam mole cicutam
Eluſit longisq; logis, ſermoneq; curto?
Certè tantum olli Pater & matertera liquit,
(Mater abit Munſtere tibi,) ut jam funis & ingens
Carnificis pretium poſſit deducere ſolus.
Torquem alium properans glutire, in fune paterno
Averſi donum precij ſuus invenit hæres.
Hoc tonitru eſt verum, non qualibus è Cagetto
Lucreti ſonat ingenium, Iuvenisq; ſupinus
Eijcitur ſectâ: ceſſit perculſus in Alpeis.
Vt Fama eſt; catus ille quidem quod carmina raro
Scribat, in his Venetos ſuetus traducere Patres.
At melior Criticis. Iureti fabula læſi
.ectisq; hinc poſcant violata Numina Muſæ

Horri-

Horribileis merito Pœnas: Me Symmachus auctor
Giſaniq́ obitus aliis feciſſe ſecundas
Erubeant: Volat hæc Victori fama jocoſo
Servata ingenuè, ludens Epigrammata Peitho
Hunc terræ impingit ſoboli, mihi gloria major.
Imus in exſequias Bavij, cui Commoda res eſt
Sit comes, & Comitis ſe præſtoletur ad urnam.
Structa pyra eſt, infunde coci ſqualentis odoreis.
Nec nimios, nam ſi tanget defuncta jacentis
Membra liquor, ne contemto Minoe reſurgat
Cauto opus eſt: væ me: quamvis ſit Theſſalus iſtic
Riſui bonos, non me fata inferiora ſequantur
Quam cum ſufflatos cædit Apulejus utreis.
Ipſe opicum ingenti diſtentus pemmate ventrem.
Sed ſi ſervitijs ſunt Saturnalia danda,
Quinq́ dies Saturos jus eſt decurrere nullo
Imperio aſtrictos. ſi fors Apulejus iſtuc
Erubeat nomen, quod cum loligine pugnet.
Dicam adeo Criticis: Et quo non palleat ille
Horum Ennodiolo, cum Sidonio, atq́ Capellâ,
Qui jubet Arpinatem uno concurrere campo
Symmachidæ ingenti. Lactucis labra profectô
Conveniunt bellè, quis opercula digna patellæ
Abneget, Auguſto cum ſe componit HonorI
Enduperatoris felicis non minus, ætas?
Quis Querolum Plauti conjungat nobilis Aulæ?
Attamen hunc ſequitur. Si ſic ſapientia nobis
Cernitur, ad Bavium recta decurrere malim.
Aut ire alterius nervis, at Tullius ingens
Stramineos dudum docuit equitare Quirites.
Exſanguis perſona venit, Cicerone medullas
Longolij ſorbente potens. Diſcrimina non eſt

Inter tam parileis quemquam reperire, niſi quod
Mortuus hic, vivus Ciceronis ſermo videtur.
Ergo tam magnum hoc? Pereant deliria vatum,
Angelus Etruſci nitidiſſima palma Senatus
In parteis veniat, contra Corteſius inſtet,
Arbiter in medio conſidat Bembus. habebit
Auriculas Phrygias ſi non videt Angelus iſtîc
Quid ſapiat, quid deliret Corteſius. Ergo
Inſiſtet judex damnati Iura fovere?
Quis tam orbus cerebri qui malit Politiani
Bembinam præponere ovem virtutibus altis
Quam extemplo Anticyras ductu ſorbere meraco?
Securos laudis, ſecuros denique magni
Criminis Orbilios, qui cum pallentibus umbris
Componunt pueros, ſubducto Tulliade ipſo!
Vnius ingenio LipsI vitalia ſervat
Pectora, quæ Latio ſermoni debita mens eſt.
Hunc, ſi quo fato pateat via dia Menippi,
Arpinas malit quam centum Longolianos.
Frigidulos homines, niſi ſint modo Nizoliani.
Hos ego, Minois ſi fungerer officio vel
Aeaci, ab ingenti jubeam dejungere Pœna
Præfectum ſoleis detritis ad juga Lethes
Pellæum Regem, Veteramentaria doctum.
Sed ſenibus dudum cani pro mente fuerunt,
Ex quo Grammaticis libertas ceſſit in orbem
Cogendi ſeptem ſine Numine Diſciplinas.
Non Ratione hodiè, ferulà eſt ſubigenda Iuventus.
Diſcere quid valeant exctI perpendere. ſi ſint
Vt poſſint aliquà ſapidos æquare Magiſtros
Lauticiæ ſupereſt multum, Titulisque togisque
Ornatos longis jus eſt æquare diſertis.

Si miſeri vateis unus vel & alter ob iſtud
Implorent Sillos: Ratio majoris habenda eſt
Agminis, in minima eſt Prætor ſine lege ſuperbus.
Ad Bavium, ad Bavium: nihil impetrabile contra
Fulmineam barbam eſt, naſiq; ingentia Atlantis
Pondera, quæ nolit facili ſuccedere cœlo.
Quod ſupereſt igitur vatum cum ſcena peracta eſt
Ipſe in ſublimi Lateranus imagine præſul
Ius dat Simiolis, vel Gradivi Scarabæis,
Quos tenet in totum diſperſos undiq; mundum.
Ne tangas Patrem, toto cum Gurgite præſto eſt
Nilus, & in magnas Crocodilorum agmina turmas
Digerit, has læſo Serapi dant carmina Pœnas,
Malim remigibus grunnire Elpenora porcis,
Exitio, vatum quam tot concurrere monſtra.
Hunc aluit pridem Circe Phœbeia cœtum.
Natio luſca venit, qualem cogebat in octo
Sigmata Alagabalus. poſcas ſi nomina, dicam.
Munobeli ingenteis, caudati Sardanapali,
Phalloveretrobeli, Colocynthiſuccobibones,
Pollaphagon & Pollapion & Pollacacipon
Germani gemini fratreis, cum Coclyte luſco.
Craſpitius, Capitoq;, Suillius, atq; Sophillus,
Buccio, Caminius, Auruncus, Fabricarmus, Ofella.
Turpilius, Maccus, Vola, Mutius atq; Phabanton,
Dattapatus. Butubatta, Rudinus, Becceſelenus,
Sanſſeius. Bibulus, cum Turpilio patre Ronchus,
Lentulus. & Calvus, Scrophipaſcus, Aſellio, Mancꝰ,
Manducus. & qui Manducum fecit, Oletus.
Ivrognus, Naſſusq;, Sacer, Phoberopis, Habillo,
Gryllusq;. Sputusq;, Lyciſcus, Sanga, Bonarſcus,
Mucculus, Exterebro, Veſcens, Famipullus, Apellus,

Pimpulus

Pimpulus & Plumpus, Grobius, Lectelrio, Garſtus,
Ollus, Aper, Dento, Polylinctor, Poſcio, Delrus,
Summanus, Caper, Affidius, Lurcusq;, Vorusq;
Muliſcus, Capero, Murrus, Pipusq;, Nepusq;,
Totigulus, Pantoclunusq;, Trifaux, Holoproctus,
Perpluteus. Rumpicathedrus, Sturmusq;, Ruusq;
Subycianus edax, Palpo, Mobillius, Euno,
Quarrinus, Matulusq;, Alibida, Struma, Salivus,
Naſuncus, Labruſcus, Opumvius, Alpha Dromonũ,
Viſius, Aſſiliens, Flennus, Cluvienus, Oënus,
Birbibus, Raſerus, Grypus, Germanica pubes,
Pſorus Ivrogniades, Gallo de patre creatus.
Eurypion, Lalagus, Linglacus, Carlus, Orollus
Murlusq; Puffusq;, Bipennus atq; Novinus.
Plautodius, Pulcroſus, & ingens vertice Mopſus,
VVuſtividus, Narrectus, Euns, Launusq;, Luperc⁹,
Crabronus, Crantor, Scabius, Polypesq;, Papusq;,
Coleus, Inguiſapus, Nello cum fratre Sybota
Antiſapus, Lemurus, Duſius, Buroſus, Hybiſcus,
Metrinecus, Nizzo, Gnyſon, Vulpaurius, Oncos,
Zarrius, Hyſtrixus, Troppus, Vulturnus, Idexus,
Oxygarus, Hypotrimus, Anas, Mortarius, Exſex,
Oenogarus, Laſcrusq;, Apothermus, Iſiciusq;,
Vulvulus & Virulus, Squallus, Porr⁹, Raphanusq;
Allius, Vrticus, Salacattabius, Salicippus,
Conciclus, Luccunsq;, Lucunculus, Embammusq;,
Embractus, Dentex, Gingivus, Mammotrectus,
Quoſq; alios ſumo conſecerat & ſale quondam
Capniades, hodie recidiva ambagine Laurus
Accepère iſthæc ſervatam in ſecula Famam.
Queis cunctis, quorum umcunq; occurrere nolis
Noctu per trivia, aut Hecaten ululare caninam.

Illius hæc ſoboles, niſi pars quod Vejove nata eſt
Fulmine quam linguæ facile ſecernere poßis.
Hos inter taleisq;, (mihi pars maxima porci
Iure ſuo ſileantur) habet ſua regna Creator.
Si qua illum læſura Charis, ſcit mollia vatum
Numina Bombomachus. furibundū immittit in illa
Agmen, agens ſtimulis & prima frunde furendi.
A Bove principium, Satiri. Peccetur in illum
Qui non quit referire, Bavum ſua regna tuentur.
Sed poſtquam Furias ſtipe conduxêre Poetæ
Lugeat illorum primus pater horrida calca
Nomina verſificum Phœbeo, Muſa veneno.
Trojugenæ ignoſcent. parcat iratus Achilles.
Et Iuvenis contra tot monſtra ſtabis in armis?
Conſilium certè eſt: ſed tu legere iſta fuiſti
Conductus, non & vara diſcernere lance.
Hos modo te quorum externavi nominibus, ſunt
Germani Vates, ſpurius nemo audit in illis.
Hos ubi ab obliquo videas, oculo improbus hirquo,
Solvitur in verſus Catapulta, & barbara torret
Helepolis. labor eſt? hic cluneis dum ſcabit ægros
Quod cadit, in veſum ſexti via jam pedis aufert.
Alter multigradosq; pedes, cum cimice multo,
Puliceosq; greges plagio venatus opaco
Ore arido hos vomit & torum conſpurcat odore.
Hæc eſt in Bavijs admorſæ Gloria laurœs
Smyrna jacet. titulos ſacra Mantua perdit inaneis,
Convicî nō plauſtra vehunt nunc agmina, plauſtris
Præ cunctis ſatis eſt rufi perſona Poetæ.
Hanc videas pallere citrà laurumq; Deumq;.
Ex odio Color ille venit, Vigilare ſerenas
Inſipidum eſt nocteis, tituli venére minoris.

Stat

Stat Comes infrendens, una agmina tota, Creata
ſTurma recens, offamq́; ſitit. Iam pallida bilis
Conſidit modica ſpe cœnæ interprete fumo.
Crudeles Satiros, quid mitia pectora rumpunt?
Turgida fermento cum jam furit omnis in uno
Turba Poetarum, ſolum Cocus adſtet in aurem
Pauca Deûm generi deganniat. Illico plauſtra
Conducunt alij, cenſus potioris, Agyrtæ.
Artificeis iſthic nunc norunt didere bombos.
Eſurit è magnis quidam longiſſimus uncis
Longurio manibus? Cœna eſt ubicunq́; parata.
Sic adiére manum convicia dum meditantur.
Sed nec id exiguo poſſunt meliuſve priuſve
Pantolabo, cui quam maledicere ſit licet ars hæc
Nunc nuper Stoö bellè deducta Magiſtro.
Neſcio quid tremulum baubantur in ædibus altis
Exſangues ſenio Catuli, cum colla tenentur
Extrema ſcabie, ut lucretur vincula trita
Villicus. Aſt non eſt titulos deponere quemquam
Vox prius ipſa perit, cum pectore palpitat ægro
Cor lacerum Galla prurigine. Nil minus ingens
Laurea fulmineis obſtat in vertice bombis.
O felix gluten, Caudatæ injuria Vulpis.
Hoc ſi adeo quiſquam medicamen in ætheris auras
E ſtabulo exportet, credam ſibi reddere poſſe
Orbilios naſum, Eutropios caudamq́; caputq́;.
Helvellæ patina & cum vappa Cantharus borna
His ſapiũt magni cerebrum Iovis. Hæc Canis & rex
Verſifices ſimul & ſemel epotantq́; vorantq́;
Hoc lac Iunonis, quale, ſtertente marita,
Indomiti Iovis eſuxit longiſſimus infans,
Vt poſſet cœlum flagrantem equitare per Oetam.

Illius hæc ſoboles, niſi pars quod Vejove nata eſt
Fulmine quam linguæ facile ſecernere poſſis.
Hos inter taleisq;, (mihi pars maxima porci
Iure ſuo ſileantur) habet ſua regna Creator.
Si qua illum læſura Charis, ſcit mollia vatum
Numina Bombomachus, furibundũ immittit in illa
Agmen, agens ſtimulis & primâ frunde furendi.
A Bove principium, Satiri. Peccetur in illum
Qui non quit referire, Bavum ſua regna tuentur.
Sed poſtquam Furias ſtipe conduxêre Poetæ
Lugeat illorum primus pater horrida calca
Nomina verſificum Phœbeo, Muſa veneno.
Trojugenæ ignoſcent, parcat iratus Achilles.
Et Iuvenis contra tot monſtra ſtabis in armis?
Conſilium certè eſt: ſed tu legere iſta fuiſti
Conductus, non & varâ diſcernere lance.
Hos modo te quorum externavi nominibus, ſunt
Germani Vates, ſpurius nemo audit in illis.
Hos ubi ab obliquo videas, oculo improbus hirquo,
Solvitur in verſus Catapulta, & barbara torret
Helepolis. labor eſt? hic cluneis dum ſcabit ægros
Quod cadit, in verſum ſexti via jam pedis auſert.
Alter multigradosq; pedes, cum cimice multo,
Puliceosq; greges plagio venatus opaco
Ore arido hos vomit & totum conſpurcat odore.
Hæc eſt in Bavijs admorſa Gloria lauræs
Smyrna jacet, titulos ſacra Mantua perdit inaneis,
Convicl nõ plauſtra vehunt nunc agmina, plauſtris
Præ cunctis ſatis eſt rufi perſona Poetæ.
Hanc videas pallere citrà laurumq; Deumq;
Ex odio Color ille venit, Vigilare ſerenas
Inſipidum eſt nocteis, tituli venére minoris.

Stat

Stat Comes infrendens, una agmina tota, Creata
Turma recens, oſſamq́; ſitit. Iam pallida bilis
Conſidit modica ſpe cœnæ interprete fumo.
Crudeles Satiros, quid nitia pectora rumpunt?
Turgida fermento cum jam furit omnis in uno
Turba Poetarum, ſolum Cocus adſtet in aurem
Pauca Deûm generi deganniat. Illico plauſtra
Conducunt alij, cenſus potioris, Agyrtæ.
Artificeis iſthic nunc norunt didere bombos.
Eſurit è magnis quidam longiſsimus uncis
Longurio manibus? Cœna eſt ubicunq; parata.
Sic adiére manum convicia dum meditantur.
Sed nec id exiguo poſſunt meliuſve priuſve
Pantolabo, cui quam maledicere ſit licet ars hæc
Nunc nuper Stoò bellè deducta Magiſtro.
Neſcio quid tremulum baubantur in ædibus altis
Exſangues ſenio Catuli, cum colla tenentur
Extrema ſcabie, ut lucretur vincula trita
Villicus. Aſt non eſt titulos deponere quemquam
Vox prius ipſa perit, cum pectore palpitat ægro
Cor lacerum Galla prurigine. Nil minus ingens
Laurea fulmineis obſtat in vertice bombis.
O felix gluten, Caudatæ injuria Vulpis.
Hoc ſi adeo quiſquam medicamen in ætheris auras
E ſtabulo exportet, credam ſibi reddere poſſe
Orbilios naſum, Eutropios caudamq; caputq;.
Helvellæ patina & cum rappa Cantharus borna
His ſapiũt magni cerebrum Iovis. Hæc Canis & rex
Verſifices ſimul & ſemel epotantq; vorantq;
Hoc lac Iunonis, quale, ſtertente marita,
Indomiti Iovis eſuxit longiſsimus infans,
Vt poſſet cœlum flagrantem equitare per Oetam.

Auſtera eſt etenim vitæ data Galla perenni.
Hanc ſuxit ſi quis fulgetrum podice dextro
Excepit, pullumq́, Iovis nate faſſus aduſtâ eſt.
O Gallinarum, ô albarum candida matrum
Progenies, vobis Comes æterna illa propinat
Præmia vivendi, nullos moritura per igneis
Fama Poetarum eſt; Fumus cum tota trucidet
Millia quottidiè, mira hæc mutatio formæ eſt.
Clune ſed inſubido cum flagitioſa pepedit
Cantoris cæci cæco de fornice, Muſa,
Rex eris aut ipſi larvarum proxima Regi,
Si potes ignavi ructus æquare bubulci
Thure Sabæorum, & larvato vivere naſo.
Multis Calliditas hæc profuit. Ipſe Subulcos
Iam novi plureis, qui nil pro vate dederunt
Patricij criſtas docti laudare Sybotæ.
Surgit in Humanæ Phœbus deliria ſectæ
Laudariq́, cupit, cariturus turturo palpo,
Treis obolos niſi contemnat, cum tempora poſcunt.
Conſtitit his Palpus. Nam Laurea vendidit illos.
Sunt medici vateis. quid cum lapidoſa chiragra
Impetit? occipiunt calamum torquere, valeſcunt.
Et ſanè unius ſunt hæc tutela Dei: nec
Siphilis erubeat Gallam curare luem. Sic
Hic redimunt Medici Panaceâ interprete, laurum,
Multi ſunt vates veſicâ judice digni,
Vt Medici lauru. Satis eſt diſcernere febreis
Vrinæ radijs, verſum curare minoris
Ingenij certè eſt quam tot dejungere morteis.
Clinicus eſt etiam ſummo cum Iure Poeta,
Quippe poteſt tardum ſatis exſpectare furorem,
Adfixus lecto, quoties Ventura Thalia, eſt

Ipſe

Ipſe domi ſemper, Melior vel Rege creante
Quod paucas poßit cœnas inviſere, parteis
Solum inhians. Sed nunc rara eſt hæc mißio, quare
Clinicus eſt frugi ſemper, puto, vappa Poeta.
Cum fiunt verſus; undeno vel pede carmen
Nullum habet ipſe pedẽ. nullo pede carmina currunt
Officioſa niſi podagra excitet: Ille doloris
Ingenio fruitur, quamvis jam nollet habere.
At ſi quis valet Athleta cum pantice magno
Vatificum proſtat dudum venale Lupanar,
Virgine cum Muſa. Cras deflorabitur, inquit
In foribus titulus, Nonaria pulcra Thalia,
Quippe Novem Phœbi quis neſciat eſſe ſororeis?
Aſſe uno venalis ea eſt: ſi diſplicet, octo
Reſtabunt, harum, quoties libet, inguine quamvis
Abripiat tumido. Sileat virguncula cruda
Tot jam glutitis virgo caſtiſſima certè
Munobelis. Vates ſummus qui pene fatetur
Arriſiſſe ſibi naſcenti numina divum.
Res ſacra hic agitur, fœcunda Equitante Priapo.
Verſibus eſt longis tumidi perſona Poetæ.
Ter ſubigit? Ter Pæan ades. Schola verſificina
Lumbi exercitium, docet hunc criſpare Poeta.
Ceventeis quis non poſsit laudare puellas?
Criſſanteis pueros? hinc longi carminis ordo
Naſcitur, hinc Troja nova decertatur Haloſis.
Nemo eſt Virgilius cui pendens ſicula lorum
Depingit ſub aquâ. eſt Aſcylti viribus uſus,
Balnea, cum magni ſpectarint forte peculi
Penſilia, attollant clamorem ſponte: Poeta eſt.
Et quid? nulla novem cenſes muliebria tantas
Præ ſe ferre lupas? præſertim reddita pars hæc

 Cum

Cum jam ſit miſeris, Scorpiſco vindice, Muſis
Pars nova, pars purgata, & prorſus candida facta
Peniculo Socium, foras everrere docto.
Longa coquit Muſas equidem prurigo: cupitq;
Quæq;, Catulle, tuo cum paſſere ludere ſola.
Ipſe novem vicibus quod feceris illa puella.
O quis nunc terras demittat nobilem in iſtas
Alciden, decies quinq; hic impleverit una
Nocte lupas. Novem habere modo non poſſet ad unã
Tanta eſt ſalſugo cum fœminal oggerit ipſa
Muſa ſuo vati, cui nil jam pene virile eſt.
At Caper exſectus cum jam ſatis eſſe puellis.
Non potis infeſtis, perdens cum nomine Caudam,
Linguam avidè exercet fœdo in meretricis hiatu,
In Capreis qualis laſcivi fata palati
Hircus init vetulus, Sejani infamia victi.
Hic ſpeculo turpeis æſtus meditatur HoratI
Conſcia ne perdat ſpectatum Gloria pullum
Dum ſeritur, videt in depicto pariete ramum,
Spintria deinde venit, veniuntq; vocabula cunctis
Ignorata odiis, capiuntq; à crimine laudeis.
Nec tamen his factis abſterrenturq; Poetæ
Aut Daphnes his ſordet honor, licet impius ipſe
Pulipus hanc pedibus & fœdo podice calcet,
Morboſum inructans crepitum graveolẽte Mephiti,
Quid ſi ipſam effigiem Furiam, propriaq; figurá
Expingam ſcitè? Certe Pellæus habebat
Invidiam alterius niſi ductilis ære Lyſippi,
Hic faciam nulli malit depingier, atq;
A Satiris noſtris, queis cornua ſubmittenda
Pauperiem ut poſſint tanti exæquare Poetæ.
Ergo tibi ſi ſors obvenerit inclitus Heros

Diſce notas, quibus agnoſcas, & protinus euge
Occentes calidum, ſic Laurea ſeſquipedalis,
Expellet populum, vatesq; eris, ante licet ſis
Bambalio; ὅτι ὁ παῖς πεδείσαμος, ἐν εἴκοσι παγοί.
Tydidis ſobolem conſpectu dicere primo
Quippe brevem, poßis. Quod ſi te inquirere malis
Longurio ſummus, uno pede priſca Coloßi
Exſcendit ſimulacra ferox ſine vertice monſtrum.
Hunc quoq; ſi numeres, nulla virtute redemtus
In cœlum terræ comitabitur iſte Nepoteis.
Vt ſiat magno ſimilis fraterculus Otæ.
Lutea Vulta gerit. Naſus curvamine lento
Accipitris ſimulat tabo ſtillantia roſtra.
Veſtitus, ſuavi qui vendat cætera viſu,
Oſtricolor certè vel cærulus. Heic quoq; noctis
Conſilio vibrat de mille coloribus unum.
Pilleus ingenti magnum caput ambit & exit
Circite, quem viridis ſubter color auget, & ille
Bombycis ſpolijs & molli tegmine fultus.
Ne cupidam noctis defendat Thaida præcox
Duricies habitus, betá mens mollior omni
Cum ſervet vatem ſaciendis Vatibus aptum.
Sed quid ego evolvam longo quæ plurima verſu
Indicia ipſe ſui toto de corpore jactat?
Eſt Barius ſtridore ſuo venalis ubiq;
Vendibilis nuſquam Nec eum quis quærere poßit
Inter eos precij qui ſunt alicujus: in omni
Nobilis eſt reliquo grege. Sic ſe prodidit ipſum.

FINIS,

CASP.

CASP. BARTHI

ALCÆUS LATINUS.

IN LAUDEM IOSEPHI SCALIGERI PANEGYRICUS.

NONGENTIS ALCAICIS DECANTATUS.

AMICO LECTORI.

SCRIPTVS eſt hic Panegyricus tamquam ad viventem SCALIGERVM, cum aliquot ante annis is fuerit mortuus, quod auctor peregrè vivens tum reſciſcere non potuit.

CASP.

C. BARTHI
ALCÆUS LATINUS.

O Enotriorum ſtirps atavûm potens,
O litterati deſtma ſeculi,
Doctrina quam laſſo recumbit
Flore ſuper generoſe Scala.
Ecquid tuorum non lepido pede
Præconiorum tangere me ſinis
Sertam nitentem, quá te honorat
Pompa Novenſilium ſororum?
Sanè ambigentem retrò adigit ſequi
Mens orba lucis, cum Radijs tuis
Cæcata, clarorem Potent[illegible]
Lumine non patitur modeſto.
Iam tenuitatis gnara domeſticæ
Alam volantem dextera proijcit,
Ne tacta Phœbo colliqueſcat
Cera, levans tenerum volantem,
Vt Dædalæis auſpiciis puer
Ingreſſus auras, cum propior diem
Tentavit ardentem, repentè
Præcipiti perijt ruiná.

Vel cum paternis ſe Clymenæ jugis
Ah vile pondus, crediderat puer
Toſta quadriga devolutus
Natus avum gemuit Potentem.
Sed parte quamvis terreat alterâ
Moles honorum, fœtaq; Dignitas
Rerum canendarum, Labore
Luxuriantem animum refutet.
Humanitatis lex tamen integræ
SCALANE, virtus quæ tua cæteras
Prælucet, exſcendit, virenteis
Quali Adamas ſpeculo Smaragdos,
Confirmat alti carminis indolem
Ne fracta laudum materia gravi
Labaſcat, inflexove perdat
Arma genu, Clypeumq; jactet.
Tandem ſonoris te fidibus procul
Sellà è curuli, Gloria quam dedit
Aeternitati, inclina & inter
Eſto tuis numeris Apollo.
Te plena dium Calliope melos
[illegible]it aſtris. Tu dabis entheos
Furoris afflatus, Olympo,
Vatificos operantis æſtus.
Tu cum per altas ingrederis tui
Honoris arces, carmina dividis
Intacta ſeclis, nec priorum
Ingenijs celebrata vatum.
Deſcende tandem nec Titulos tuos
Conſume tecum. Carmen amat, gerens
Res carmini aptas: Laureato
Fama det ut pretium labori.

Obſcuri-

Obſcuritatis triſtem habitat ſpecum
Ignavus obſes ventris, & invidet
Lucem tenebris, ne furorum
Triſte palam faciat Lupanar.
Cæleſte quiſquis grandi animo melos
Deſiderabit, dio uti nomine
Clareſcat, immortalis inter
Indigetum proceres cluebit.
SCALANE *victor Barbariæ & ſitûs,*
Heroicorum ſanguis avûm, tibi
Indulſit in paucis Apollo
Carminibus facere apta noſtris.
Non arma jam Mavortia ducimus
Tonante verſu, nec Veneris dolos
Amabili cantamus orſu, aut
Bella Cupidineæ faretræ.
Non herbulenti quærimus hortuli
Sacros receſſus, poſt fera prælia
Nectatur unde ardens corona
Flori equitum generoſiorum.
Eliginem nec tabificam ſequi
Volt Barthiani Carminis indoles,
Ut dente fixo barbarorum
In Satirâ pereant furores.
Exeſte ſecli crimina, nobilis
Vates bonorum laudibus aureos
Devovit annos, dum juventa
Flore genas novat eleganti.
Qui litterati nomen habet viri
Antiquitatis gnaruris, ut queat
Libros diſertorum vetuſtos
Vindiciis reparare vatum.

Huic

Huic natus iſte eſt præco, potens ſui,
Flos inclutorum purus avûm, cui
Favente Fortunâ Deoq;
Septima jam trieteris exit.
Quàcunq; claro lumine nubileis
Emittit ictus pupula, quà redit,
SCALANUS inſtat, doctiorum
Quem colit & veneratur ordo.
Tu patriorum fax decorum nova
Cælo reducis Romuleos deos,
Putriq; de lurore priſcos
Reſtituis proceres Olympo.
Per te vetuſti nox mala Temporis
Vaneſcit, altâ Luce, ſuperſtites
Cur funeri erepti,) ſibipte,
Indigetes facilè induuntur.
Tu digna magnis digeris interim
Viris puellus. Suſpicio ſagax
Scriptoris haud unius iſtic
Teſte fidem probat approbando.
Sepulta dudum, vendita Murciæ
Pædore victa, & capta Situ mele.
Vatum ſacrorum, de Charontis
Exigis umbrivehâ carinâ.
Qui Verticordiæ vim Veneris canant
Arteisq; opertas: qui duplices dolos
Levis faretræ, qua per omnem
Igne ſacro dominatur orbem.
Quiq; inſtitutæ dent gravia ad Bonum
Præcepta vitæ; ne temere inſcio
Greſſu tremiſcat, neve mutet
Calce pedem ſemel irretorto.

Sed ne Dionæ quis putet indidem
Exſortem honoris, nec Chariſin manu
Feciſſe purâ, das Thaliæ
Lætificis quoq; tempus orſis.
Quod erudito Mille animæ ſeni
Decus, relictum Barbariæ in manu,
Labore connisæ moleſto
Reddere non potuere junctim,
Hoc ſolus audes & facis: ô Iocus
Ludentis! illud quod miſerè viri
Voto cupitum pertinaci
Deſeruére: puer patráſti.
Vrbanitatis regula, regula
Leporum, Amorum; Norma Lubentiæ,
Miſcens jocoſis utile aptè
Omne potens retuliſſe punctum.
Exeſto pallens Invidia, ardidum
Exſtingue lumen, Gratia vendidit
Renata nævos qui venuſtam
Lucem alia in facie tenebant.
Perambulanteis fœda cubilia
Oenotriorum more canum, lupi,
Bellè inſtitutos de Petroni
Expediant numeris cinædos.
Vt cymba flumen tranſit, at in vado
Veſtigiorum ne minimam quidem
Rellinquit umbram, ſic Piorum
Prætereunt animos Poetæ.
At ulva ſi quà denſa moram facit
Carina tardo remigio diu
Luctata nutat, ſic obhærent
Dicta animo malè caſta fœdo,

Quicunq́; duris dura laboribus
Pericla vicit, Dum ſcopulum ſacræ
Virtutis exſcendit minacem
Et dominâ potitur ſuperbâ.
Non ille dictis pectora frivolis
Turbanda geſtat. Fixa ſolo velut
Contemnit Euros quercus, atq́;
Carceris Aeolij procellas.
Munita ſic mens Pectoris Enthei,
Opponit arcem ſorti hominū & Deûm,
Nec blandientem nec minantem
Compoſita Ratione curat.
Nedum jocoſis apta moverier
Verbis, ut igneis deijciat ſacros.
Virtutem adulatur, nec ambit.
Qui pote tam facilè amoveri.
Vulgare vulgus, Sanctificum logis
Sed corde fœdâ Spurcicie ebrium
Greſſuq́; diſtorto vacillat,
Itq́; aliis ſua damna inuſtum.
Non tale Peitho voſtra gerit decus
SCALANE, pollens Auſoniâ fide.
Imago te divina tutum
Molliciæ à maculis tuetur.
Res ipſa teſtis verba ſequi mea,
Catulliano ſirmate te exſuit
Et Manili tractare pondus
Magnifico iubet explicatu.
Scrutaris alti regna Silentij;
Antiquitatis de penito ſpecu
Sepulta Maieſtas reſurgit
Cæſareis reparata divis.

Vidit

Vidit moventem regia numina
Gnathena pallens, Barbariæ inſidens
Arcem Deorum ſepticollem
Romuleis inimica regnis.
Hæc philtra quondam tabiſica ingerens.
Orbem univerſum degeneri ſcypho
Conſaſcinavit, ſeq; primam
A ſuperis venerata juſſit.
Eventus auſis riſit adulteræ,
Et Eruditos indigetes rapit,
Quos calce deſœdo meretrix
Vindicys ſine, preſſit atrox.
Et larviali tabe palam obruit,
Vt ſceptra Vates Regia ceſſerint
Excuſſa myſtarum dolo & vi
Sacrificis ululantum in umbris.
Graſſata peſtis faſq; per & nefas
Seceſſit orbi, quodq; per impias
Bacchata ſurſumq; & deorſum
Condidicit malitatis, arteis.
Secura patrat judicis abdita
Cæcis in antris. Vt Libys horrido
Tumens veneno exurit arva
Peſtifero, Baſiliſcus, ore.
Secumq; regnat, per ſteriles trahens
Campos, ſluentem ſanguineo gradum
Viru, Chelydri cum Ceraſtis,
Sepsq; fugit rabidum tyrannum.
Nec otioſo Dira venit pede
Morteisq; ludit: Terra fremit procul
Herbæq; languent; non arenis
Profuit ariditas ab æſtu.

Intacta morti conciliat loca,
Maneſq; tentat: vix volucris levi
Tranavit alâ, quin potenti
Procida deciderit veneno.
Sic Gotta Lais, peſte tumens pari,
Orbe occupato mortiferâ lue,
Omneiſq; jam depaſta reges
Orcum adeo penetrat paternum.
Et aſtra tentat. Pro ſuperûm fidem
Vt glorioſis carminibus crepat,
Vt multa, divinis negata
Spiritibus, ſibi vindicavit!
Venale frendens intereà lucro;
Corpus Luparum proſtituit palam
Modemperatrix, Romulûmq;
Magnanimum jacet in cubili.
Eoa quicquid dite ferunt loca,
Septem Trionum quod rigor attinet
Quod Occidens Sol, quod ſupremo
Conſpicit axem adigens Olympo,
Vt gurges ingenti Oceanus ſinu
Fluenta potat, ſic meretrix bibit
Mundi canales, Gaza per quos
Omnis in hanc agitur Mefitim.
Quod ſi quis auſit Vindicias ſagax
Ciere Regum, ſceptraq; de manu
Revulſa Cagani cruentâ
Reddere Purpureis habenis
Præſcriptiones magnificas ſonat,
Ferrumq; & igneis vibrat adulteros,
Antiquitatis ſcita læſæ
Per veteres repetens Libellos.

Hujus

Hujus politis vafricies logis
Obfuſcat omnem criminis ambitum,
Sanctis patreis verbis ſtolati
Delicias faciunt Gnathenæ.
Chaldæa Thais ſuggerit his opes,
Ipſiq; miris artibus aſtruunt
Chryſippo acervos congerentes
Innumeris numeris relicto.
Irrepit iſthæc factio clanculum
Aulasq; Librûm ſanctificis logis
Scrutatur occultè, venenum
Melle tegens inamabile albo.
O Sceptra quisquis Regia ſuſtines
Longis avorum ſtirpibus inclutus,
Cave Tyrannos fraudulentos
Scorpius hac latet in cavernâ.
Quam longò ab iſtis cedere quiveris
Tam te beatum judica: hiant gravi
Perinde prægnantes veneno
Aera ut inficiant vel ipſum.
In artium omnes ſe inſinuant ſinus,
Librosq; condunt immemorabileis,
Moreis juventæ queîs figurant
Vt ſimiles generent Chelydros.
Vt quemq; porrò doctum inibi vident,
Theonis inſtant dente malivolo,
Roduntq; traducuntq; ſannis,
Crimina quisq; ſua huic adaptat.
Nec dicta ceſſant ſpargere frivola
Contra Deorum Sceptriferum genus,
Ipſos dolo, vi, fraude & armis
Excutiunt ſoliis Poetas.

Exempla ſunt tot, quot canere haud queam
Centum ora ſi vox impleat ærea,
Vel Franciam teſtem vocabo,
Vel Proceres Italos ab illis.
Quicunq; contrà crimina publica
Pugnace ſurget vi calami enthei,
Habebit immortale nomen
Inditus ordinibus Saphorum,
SCALANE, de te dicere, de tuis
Scriptis volebam plurima in hoc genus,
Vt Tempori læſo per orbem
Fortiter obſtiteris rotundum.
Sed dia virtus eſt pretium ſibi
Vel ſola, quamvis Gloria nobilis
Ardens coronâ, delicatâ
Ambitione Deam ſequatur.
Tu digna diis laudibus exigis
Non ut celebri nomine fulgeas,
Feciſſe ſed rectè videtur
Præmia cuncta tibi referre.
Præconiorum te ſequitur tuba,
Non tu ſecutus diceris hanc: Deo
Et patriæ ſervire præſtat
Omne tibi decus, omnem honorem.
Hoc efficis te ut qui videt, ambiat
Habere amicum: littera quod canit
Præpes per Europam venire
Nota domum generoſe, veſtram.
Quá Franca quondam gens reperit Vadum,
Ad Mœnum amœnum, vidimus unico
Centum die ſacras volantes
Ad caput egregium venire.

Qui-

Quicunq; ſacras pectore litteras
Conſtante amabit, te colet, ambiet,
Mirabitur, Laudabit, inter
Semideos ſuperos habebit.
Nec otioſis ſtas tamen auribus
Cuiq; promtus: ſit bonus, à bonis
Benè educatus, litterati
Spem ferat ingenij potentem
Cui danda Scalæ copia Nobilis,
Mero apti ex auro, nomine quam geris
Et corde nutris, ore monſtras,
Et Calamo loqueris, diſertim.
Beate Vitæ, te exoriens videt
Phœbus notantem digna perennibus
Seclis, moratur te, cubile
Heſperium reſerans Olympo.
Te poſterorum ſpes manet, impotens,
Regina longi Temporis innuba
Tibi juventâ de perenni
Eximium dat habere florem.
Levatus ultra ſidera, deſpicis
Mortale vulgus, atq; tuæ interes.
Aeternitati, dum Deorum
Vivus inis habitacla cuſtos.
Quam longa volvet Harmonie polos,
Laudum tuarum concinet ubereis
Verſus, renata ex ſe per orbem
Poſteritas, ſine fraude Iudex.
Commune rerum delicium, tibi
Chelyn coronâ nobilis aurea
Adſtabo vates, teq; ſacro.
Carmine magnificè explicabo.

Digitized by Google

Tu primus inter numina, Nomina
Virûm eruditûm, vertice candido
Pulſabis aſtra, ingens Poeta
Innumeros numeros ciebo.
Ter calce docto pulſa tuas, humus,
Laudeis ſonabit, Te Choreæ leveis
Te ſaltus aptè diſparatus
Te recinet ſibi reſtitutus.
Cincti coronis tempora floridis
Bis ſena lecti corpora nobiles
Ducemus intactas choreas
Quiſq; lyra lepidus ſonorâ.
SCALANUS *omni materiem chely*
Solus parabit. Te Iuvenes ſacri
Stolis amicti canditatis
Vno adeo celebramus ore.
Tu Scriptor ille es Regificos cui
Debemus orſus. Plenus Apolline
Laudum tuarum cantilenis
Magnanimum reſerabo pectus.
Flos Teutonorum Nobilium virens,
Dignas avitis Spes animis fovens,
SCALANIOS *pollens tonare*
BARTHIUS *hic titulos adoro.*
Sequetur ætas digna, cui dabit
Favor Deorum tanto operi ſatis
Vatem eſſe cultum, cum Iuventa
Ceſſerit ingenio virili.
Gaudebis his conatibus interim
O Sancte Præſul, cui Sapientia
Antiſtitis dat ferre nomen
Principis, ad Superos beati

Te

Te dia longis obſequijs Themis
Tandem vocari promeruit ſuum.
Conſultus hujus, Civicorum
Iura Operi ſocias Tudeſca.
Non gloriaris circa apices levi
Pugnare palmâ: Gloria frivolo
Naſcatur unde obſcura vulgo,
Ingenuam laciens juventam.
Ipſis probatus diſſeris uſibus
Neceſſa doctor. Te genera omnium
Regum celebrant, principumq́;
Gnarum adeò benè jura eorum.
Non Saxo, pollens Enſifera manu,
Non Teutonorum te Dapiſer latet
Supremus, aut cancelli honorum
Cui dederunt triplici galerum.
Qui regna noſti providus extera
Vt nomen ipſum. Per digitos tuos
Secreta terrarum atq́; Olympi
Dinumeras, Ratione promtâ.
Hæc recta finis, Terminus hic cluit
Verè beatus, quem Studijs locant
Diæ Sororeis, noſſe qui ſit
Ex alijs alij obſequendum.
Qui cuncta novit fata hominum benè
Futura rectè præteritis notat,
Vix urna Minois ſeveri
Parte aliqua docilem fefellit.
Vix hunc videbunt mille hominum è grege
Decem, valentes ſenſibus abditis.
Pars plera pugnat plurimorum,
More, ſequi patrios tepores.

Tu primus inter numina, Nomina
Virûm eruditûm, vertice candido
Pulſabis aſtra, ingens Poeta
Innumeros numeros ciebo.
Ter calce docto pulſa tuas, humus,
Laudeis ſonabit. Te Choreæ leveis
Te ſaltus aptè diſparatus
Te recinet ſibi reſtitutus.
Cincti coronis tempora floridis
Bis ſena lecti corpora nobiles
Ducemus intactas choreas
Quiſq; lyra lepidus ſonorâ.
SCALANUS *omni materiem chely*
Solus parabit. Te Iuvenes ſacri
Stolis amicti canditatis
Vno adeo celebramus ore.
Tu Scriptor ille es Regificos cui
Debemus orſus. Plenus Apolline
Laudum tuarum cantilenis
Magnanimum reſerabo pectus.
Flos Teutonorum Nobilium virens,
Dignas avitis Spes animis fovens,
SCALANIOS *pollens tonare*
BARTHIUS *hic titulos adoro.*
Sequetur ætas digna, cui dabit
Favor Deorum tanto operi ſatis
Vatem eſſe cultum, cum Iuventa
Ceſſerit ingenio virili.
Gaudebis his conatibus interim
O Sancte Præſul, cui Sapientia
Antiſtitis dat ferre nomen
Principis, ad Superos beati

Te

Te dia longis obſequijs Themis
Tandem vocari promeruit ſuum.
Conſultus huius, Civicorum
Iura Operi ſocias Tudeſca.
Non gloriaris circa apices levi
Pugnare palmâ: Gloria ſrivolo
Naſcatur unde obſcura vulgo,
Ingenuam laciens juventam.
Ipſis probatus diſſeris uſibus
Neceſſa doctor. Te genera omnium
Regum celebrant, principumq́;
Gnarum adeò benè jura eorum.
Non Saxo, pollens Enſifera manu,
Non Teutonorum te Dapiſer latet
Supremus, aut cancelli honorum
Cui dederunt triplici galerum.
Qui regna noſti providus extera
Vt nomen ipſum. Per digitos tuos
Secreta terrarum atq; Olympi
Dinumeras, Ratione promtâ.
Hæc recta finis, Terminus hic cluit
Verè beatus, quem Studijs locant
Diæ Sororeis, noſſe qui ſit
Ex alijs alij obſequendum.
Qui cuncta novit fata hominum benè
Futura rectè præteritis notat,
Vix urna Minois ſeveri
Parte aliqua docilem fefellit.
Vix hunc videbunt mille hominum è grege
Decem, valentes ſenſibus abditis.
Pars plera pugnat plurimorum,
More, ſequi patrios tepores.

Digitized by Google

Hic dum Vetuſtis obruitur logis,
Scrutatur acti temporis invia
Vt litteram auctori reponat
Quem tinea malè devorarint.
Enorme pars hac Iudicium ſequens
Vervecis apti pulvereum Sophos,
Nil lectitat, diſcit, recentem
Ni ſapiat crepitum Magiſtri.
Cui fata certi quid Genij dabunt
Hoc ipſe temnet. Varam abit in viam
Et calce diſtorto, Paternos
Cancer uti, ſequitur furoreis.
Hic dura non vult diſcere mobilis
Vagatur omneis pro lubitu in locos,
Amator erroris Schytarum,
Nullibi habens habitacla certa.
Nil alterius pro Genio ſapit
Niſi Cleanthis quod referat Scholam,
Incumbit ingenti labore
Illepidis, neq; grata curat.
Vbiq; triſti errore natat genus
Mortale marmor fluctivagum, & levi
Movetur aurâ, nec diurna
Momina fixa tenens quietis.
Verus Deorum ſanguis, amabili
Miſcebit ultrò quod videt utile,
Hæreditas verum iſta paucis
Muneribus Superûm tributa eſt.
SCALANE, paucos inter amaberis
Antiquitatem dum ſuus aſſeret
Honos, Vetuſtatis ſecuta
Dum Novitaæ Genium placebit.

Antiqua

Antiqua maturo interitu eripis
Vt ſit recenti perpetuum decus
Seclo, nec errorum notare
Poſteritas tua tempora auſit.
Te Caſtitatis perpetuæ obſidem
Natura certat didere, dum ſtupet:
Prudentiæ laudare plenum
Pectus avet, tua tota Virtus,
Te, Sanctitatis legitimæ ſcia,
Extrà arma vulgi, Temperies, rapit,
Bachum peroſus, hoſpitali
Lauticiæ tamen obſequeris.
Non ebriorum more Canum vomis
Obſcœna dictu, qualia plurimi
Solere magnorum feruntur,
Vt ſtudium malè nati ad iſtud.
Sed & jocorum ſcis facileis gravi
Cum fronte leges, Virgineis Choris
Vt gratus hoſpes, tetricorum
Triſtitiem fugiens Catonum.
Quæ laude virtus digna etiam eſt ſua:
Humanitatis degener exeat
Zeno orbe toto, Virginaleis
Nos ſequimur lepidi choreas
Nos ſeriorum poſt operum grave
Penſum, facetis ludimus in jocis,
Sed ſervantes, non ine[p]to
More hominum levium vagantes,
Eſt in receſſu materies Poli,
Aeterna, nulli viſa, nec uſpiam
Audita, porrò, naſcituræ
Vnde animæ capiunt figuras.

Hanc

Hanc Spiritus fæcundat, & à Deo
Dat ferre partem; Corporibus ſuper
Vt eſſe poſſent mox regendis,
Cum ſacra fata ad humũ vocarent.
Diſtincta vitæ lex tamen exſerit
Vnam alterius de gravida indole,
Damnatur iſthæc ad popellum
Quærere nempe manu apta victũ.
Aſt principatui congruit altera,
Sceptris regendis hæc venit, hæc gerit
Aſtutiæ aptum militari
Ingenium, validamq́ mentem.
Pars occupanda eſt ſuaviter in jugo
Permeſſi odoro: Pars ſequitur virûm
Statuta ſanctorum, è vetuſtis
Civica Iura cui ſacrantur.
Eſt inter omneis præcipuum genus,
Quas Aurearum nomine venditant
Divi, gerendarum gerentes
Semina, Sole oriunda, rerum.
Hæ quicquid omni ſata jubent modo
Gnare expedire, ad cuncta parabileis
Naſcuntur, at paucæ: vagantur
Innumeris aliæ maniplis.
Mortale quæ cum contigerint genus,
Vinclisq; nexæ corporeis erunt,
Stirpem aureo ductam metallo,
Nominibus referunt avitis.
Divine Vates, Eloquij potens
Et eruditi nectaris Ebrie,
Conſulte rerum, Phœbo amate,
Deliciumq; novem Sororum.

Anti-

Antiquitatis conſcie totius,
Perfectum ad unguẽ ſcripta catè tenens
Vetuſta, quæ blattis pereſa
Reſtituis radijs diei.
Quamdiû ſepultos Poſteritas ſibi
Tibi reductos indigetes favens
Videbit, ipſorum repertor
Participabis ovans honoreis.
Nam ſi loquendo didere adordiar
In me tuorum facta benè & ſuper
Affectuum, recluſo Olympo
Veſper equos prius expedibit.
Sacrariorum me in penitum volens
Templum ſinebas tecum adeo ingredi
In quo Vetuſtas ipſa, priſcos
Cincta ſinus, habitare viſa eſt.
Ritu Gabino Conſulum ibi vetus
Sedebat Ordo, Roma quibus favet,
Archontas illic ex Athenis
Grajugenarum habitus decebat
Hebræa certi vidimus Orgia;
Chaldaicorum relliquias ſenum
Exoſculati, te Parentem
Diximus eloquij Vetuſti.
Tuo Orbis ingens ore loqui poteſt,
Arcana regum tu proprijs tenes
Abſtruſa linguis. Nos videmur
Cælum in amicitiâ tuâ apti.
Vel cum vetuſtos antigraphos mihi
Decemq́; natos ſecula traderes
Libros, fluentes ipſe utriſq́;
Luminibus lacrimas notavi.

O ſi

O ſi mearum pars aliqua omnibus
Prodeſſe poſſet litterularum, Ego
Nulli labori parcerem, omnem
Noćte dieq; operam jugarem.
O inclutorum maxima nominum, &
SCALANE, Laudum congeries meras
Beatus ille eſt qui te amico
Uti habet atq; frui probato!
Ter ille felix cui dare Copiam
Coram petiti pectoris haud negas,
O me beatum, ter beatum,
Cui data Copia voti utrinq;.
Te pectore omni, tota animâ, meris
Affectibus, ſpe & re venerabimur,
Anhelitus donec ſupremus
Corde animam mihi liberabit.
Sic Poſterorum Spes bona me fovet
Placere genti. SCALIGER *huc Deûm,*
Communis ardor, nos hemonum
Idem Amor Ingenuus, fovebat:
Amplexa nomen Poſteritas tuum
Sub ejus iſtuc auſpicijs caput
Vltro fovebit, meq; tradet
Perpetuò memorabilem ævo.
Cum parva corpus ſolverit hoc cinis,
Atq; umbra noſtri tenvis erit ſuper,
Famæ tubam veſtræ ſecuta,
Vmbra canet quoq; carmen ipſa.
Vt juncti in iſto tempore Barthius
Annos decem aptus bis, ſuper unicum,
Magnusq; SCALANUS *perenni*
Vinxerimus rata Fata Amore.

Mirata curſum temporis, inſcij
Vmquam reverti, ſiſtet anus rota,
Plaudetq́, & æternis Coronis
Verticem utriq́, ſacrum ligabit.
Profane Livor, quid fremis, impotis
Annos juventæ jungere nos Viro
Rudis, potenti Litterarum,
Parq́, adeò ſociare non-par?
Hoc gloriamur quod ſtupor extimus
Noſtræ juventæ ſtringere quiverit
Amplexibus quamvis inaptis,
Summum hominum Celebratiorum.
Nos gloriamur, tu intereà peri,
SCALANUS *iſtuc non minus æſtimat*
Carum caput, ducitq́, dignum
Laureola redimire ſerta.
Vnus mim inſtar qui ciuit omnium,
Apollinis quem Numen ego æſtimo
Valete larvæ, nos calori
Fata Hyperionis intimarunt.
Næ dia res est ſcribere quem gravi
Dignum coturno. Sed tamen & libros
Laudare dios, Laude digna eſt,
Hoc modò ſi facias peritè.
Non ipſe de me talia glorior
Domeſticam quem conſcia vis premit
Edocta doctrinam: Sed illud
Arrogo Laude mihi probanda,
Laudeis in auſis Nobilis abſtulit
Conatus altis. Non ſine Numine
Laudamus ingenteis Dynaſtas,
Non levis huc penetrat Apollo.

Sic

Sic litteratis credere ſe palàm
Et digna lectu ſcribere de viris
Res alta certe eſt. Nam puſilli
Si foret ingenij Poteſtas
Placere numquam quiret ijs, quibus
Devota ſervit. SCALIGER *hunc videt*
Favente vultu: ſic neceſſe eſt
Eſſe aliquod pretium his in orſis.
Nam cui maritis Sol radiis favet
Hanc ille glebam, fertilis ut ſiet
Concinnat auctor. Litterarum
Nos videt altividus ſereno
Apollo vultu. Cedite lividi,
Diona ſeſe carmine in hoc lavat,
Vidiſſe quam turbæ profanæ
Nex adeo niſi certa non eſt.
Sensére multi. Loiolæ tribus
Sectæ rebelles Cælicolis, fremunt.
Frementq́ſ, ſenſuræ deinde
Fulminei calamum Poetæ.
Obſcuritatis quem fuga nubilæ
Altis Deorum Lucibus inſerit,
LERNUTII, DUSÆQ́Ʒ, *nec non*
Pindarici Sobolem MELISSI.
Taubmanianũ ut mente animũ queas
Agnoſcere ex re. Reijculus palàm
Vulgi magiſtros ſpernit ales
Ingenuus, ſata corda Nocte.
O Franca Feitho, ſuaviter impera
Tuo nepoti. Tecum alacrem eleva
Mortalitatem qui peroſus
Cælicolis avet adridere.

Per

Per omne vatum qui genus ardidâ
Volabat alâ, Virgilio tuas
Spectante laurus, quem polibas
Dignus Apollineâ corolla.
Noſtin' amatum, Care, caput. cui
Plautina in aurem tradideras joca,
O tempus illud ter quaterq;
Innumeris numeris beatum!
Tempus lapillis candidulis merè
Signandum in omni Lætitiæ modo,
Saltu, Choreâ, delicatis
Carminibus, Lepidaq; chorda.
Lubentiarum plenum, & amabili
Alacritatis de Ambroſiâ ebrium,
Vrbanitati Conſpicillum,
Luſibus ingenuis Dyoptram!
Cum mens retractat gaudia, nil dolet,
Quam tempus illud curtum adeò pari
Fuiſſe amantum, me peregrè
Fata brevi rapuere gyro.
Nos Belgicarum vidimus urbium
Munita magnis regna Penatibus,
Centum ære ductas ſabrefacto
Laſſa adeo Steropis manu, arces.
Has priſca dicas robora pro Dijs
Neptuniorum, non ſine numine
Struxiſſe, numquam deſtruendas
Semideûm; niſi cum ſuprema
Dies Olympum fulmine non ſuo
Coacta rumpet. Vidimus inclutos
Heroas, ingentis Gradivi
Progeniem patria ora habentem.

Digitized by Google

Naſſoviorum Mauritium decus
Ferrata rumpentem agmina vidimus,
Prô turbine Heros quo Cohorteis
Heſperias lacerabat ingens!
Adventum in hujus limite pervio
Cedebat ingens campo acies procul,
Vt fervidi adſpectum Leonis
Ore Lupi fugiunt cruento.
Spectaculorum quod ſuper omnia eſt,
Togatum eumdem vidimus: ô Dij
Cui tanta majeſtas notari
Ore queat licet Eloquenti!
Pugnacis illum mœnia Iuliæ
Flammis & armis frangere vidimus.
Invicta murorum & virorum
Corpora humus rapuit per auras.
Tonitruorum tela volant modo,
Et ſtructa dextrâ ſaxa Pyracmonis
Fundamine imo concitata
Excutiunt, gemitu potente.
Obſtructa ferreis obijcibus labant
Repagla portarum exiguâ manu,
Hoc imperantis juſſa patrant
Militis haud venit huc poteſtas.
Immanis intus beſtia murmurat,
Iam cæde certâ prætrepidum calens
Et viribus confiſa quondam
Antra gemit ſua abeſſe longè.
Sed quæ furori vis fuit hoſtico
Clementiæ Heroem eſt eadem penes.
In Pace: concluſum & timentem
Tela necis nimium propinqua,

Exaudit hoſtem. Carcere liberum
Prodire juſsit. Prodijt illicet
Debere vitam ſe profeſſus
Magnanimo Pietatis hoſti.
Nec Belgicarum vidimus urbium
Munita ſolum clauſtra per Angliæ
Vrbeis vagatus, ter-beatæ
Inſulæ opes ſtupui per orbem.
Quæ terra cum ſit dives ab omnibus,
Hoc omnium omni de genere unica
Vt ſingulare, ingenti honore
Proſequitur meritò atq; jure.
Quod litterato principe ſubdita
Regatur, ô gens Martia, gens potens
Et Pacis armis, quam beata
Commoda ſi tua noſſe velles.
Et noſti amico Numine, Nos tuæ
Cognata genti ſtirps pia Teutonum,
Applaudimus, ſacros triumfos,
Te Superis damus approbante.
Hæc, longa, quamvis tempore pro brevi,
Emenſus alis oppida flammeis,
Vbiq; flagranteis utráq;
Scaliger aure bibi, tuarum
Laudum decoreis Belgica, litteris
Laudata, certant Nomina te ſuis
Adſcribere, ut prædignum, amicis,
Mens eadem eſt docili Britanno.
Mirabar omneis, oris ut unici,
Huc ſpiritu concurrere Præſides
Vltroq; Belgas, Angliamq;
Terram, iter celerans, reliqui,

Vt te viderem. Prô ſacra præmia
Sudoris hujus! Cernere te ut queam
Emetiar mundum uſq; Eoum
Orſus ab Heſperio cubili.
Vix Leydæ ego jam conſtiteram, pedem
Vix liberaram compede: Illicet
Veſtra advolavi viſitatum
Ora, Dei mihi culta ritu.
Amplexibus tu ſuſcipis obvijs
Et mente largâ nomine vix benè
Notum ante hac, præter quod unas
Litterulas dederam, alterasq;
Tibi offerendas, ô Speculum unicum
Humanitatis: quanti animum æſtimo
Faſtigio in tanto locatus
Qui queat eſſe humili parandus.
Exeſto qui te magnificum facis,
Mœchiq; cultros militis imbue,
Qui Cypridis jactans Nepotem
Penè crepundia dereliquit.
Reapſe magni ſunt humileis ſibi,
Reapſe nulli ſunt ſibi Maximi,
Sic fata ludunt ſtulta Vota
Terrigenarum hominum per orbẽ,
Paucos Promethei ſemina vindicant,
Plures patrem agnoſcunt Epimethea
Ejusq; moreis inſequuntur
Stultividis animis probatos.
Quemcunq; plenum mollis opinio,
Natarum ab ipſo Laudum agit, alteros
Contemnit omneis, quippe ſolus
Candidulo generatus ovo

Cum ſit nigrarum cætera natio
Proles volucrum: Noctua, Noctua,
Clamore te prodis tuopte
Carmen hians nimis ominoſum.
Ni ſe, Cuculus, proderet ipſemet
Ignotum haberet nomen. at occinens
Raueum ore deſædo, vocatur
Ipſe ſuo nebulo à canore
Phœbæa non ſe virgo, ſed occinit
Herile numen. Cum Zephyri crepant.
Virgulta per leni ſuſurro,
Suaviſonum melos ordiuntur
Diæ volucres. Ipſe ſuos Olor
Vocante fato, præfica Nobilis,
Manes ſalutat, dein ſupremum
Ore, vale, miſerandus addit.
Hinc olli Honoris Stirps nova naſcitur
Defunctus olim, perpetuá viget
Vitâ decorus, trans ruentis
Temporis invidioſus orbem.
Phœnica cum conſcerit inquies
Ruina ſecli, ſtat Caſiæ in ſirue,
Phœbiq; de ſpeclo parentis
Vivificum ſibi poſcit Ortum.
Mox ſacra cœlo deſilit, & ſacræ
Nidum volucris, flamma, perambulat,
Natura donec victa, tempus
Excoquat igne novo ſenile.
Iam quinq; in uno momine ſecula
Refecit ales. Proſilit integer
Flammamq; matrem, cum parente
Cunctivido ſaliens adorat.

Digitized by Google

Regina Felix, Sceptra volucria
Cui Numen alti dat Iovis, an vides
Aequabile hoc quicquam orbe veſtris
Dotibus, in nece recreatá?
Vatum omne ſacro eſt per ſimile aliti
Genus per orbem. Carmine qui cato
Aevum merentur, quiq; dignis
Carmina digna canunt Dynaſtis.
Aevum mereri me quidem Apollinis
Iactare nolim, Sed tamen integris
Adjungere auſim me Poetis
Quippe canens tua Geſta, SCALÆ,
Poſt mille longo ſecula turbine
Secli ruentis vitivora rota,
Exſtabit æternum perenni
Nomen in æde meum Perarnæ
Seſeq; ſemper lætitia nova
Et flore vitæ perpetis induet,
Phœnica criſtatum figurans,
Anguineum aut genus æmulatum,
Quod vere primo luxuriat novos
Indutum honoreis, cum corium vetus
Deponit & ſplendentem adoptat
Ingenua novitate Cultum
SCALANÆ, vitæ tu mihi Perpetis
Perennis auſpex. Tecum aciem polo
Erectus altam oſtendo: tecum
Secula polliceor mihi uno
Deducta filo mille: modo triplex
Opus tot annos vivere poßiet,
Nam noſtra cum terra atq; cælo
Oceanoq; Charis peribit.

Tum

Tum Fama, quæ te amplexa volucribus
Levavit alis trans maria & polos,
Levabit & me, nec Poetam in
Morte ſinet generoſus ales.
Licet Caducum corpus amabilem
Tumbæ juventam ceſſerit aridæ,
Pars attamen prognata cœlo
Templa poli repetet Paterni,
Quis in tuæ Præconia Gloriæ
Laxare nolit vela, ferentibus
Ventis. Quis ingenti Tonanteis
Ore neget ſociare verſus?
Aeternitatis præmia ducimus
A laude veſtra. Dum Studio tibi
Favemus ardenti. Tuorum
Participamus opes honorum.
Longe potenteis regum alij manus
Vngueis Volucris Cæſareæ canant,
Quos Pacem adorat, jam remotus
Latro Aſiæ in ditione priſca.
Et dite munus Carminis ambiant
Ab obſequela. Nos fide Nobili
SCALANUM *honoramus, perenne*
Eloquij caput eruditi.
Salve Deorum non dubium genus,
Si quando rebus te extrahet arduis
Hora una, noſtras Cantilenas
Aure bibas ſolitus benigna.
Aetate multum præpedior rudi,
Vates Pudicus. Cum veniet gravi
Maturitas, ævo erudita
Dignum aliquid tibi conſecrabo.

Vt templa divûm vel modico ſalis
Adit pugillo ruſticus, & Ceres
Placatur à puris lubenter
Spiceolâ manibus corolla.
Sic noſtra vobis Simplicitas velit
Placere, ſollers dicere quod valet,
Altum acris ardorem Camœnæ,
Diſtulit ingenium virilem.
Salve ô amicum ter caput & quater,
Et litterarum graviter, ut ſolens,
Tropæa purga, Publici cum
Egregij graviore cultu.
Poeta præſto eſt cum fide nobili
Flos Teutonorum Nobilium virens,
Audaciâ prægreſſus annos
BARTHIVS, *indocilis latere.*
Oenotriorum ſtirps atavum potens
O Eruditi deſtina Seculi,
Doctrina laſſo quam recumbit
Flore ſuper, generoſe SCALA.
Te Fama Olympo perpetua aſſeret,
Ereptum atrocis Invidiæ manu,
Exemplum amabit poſterorum
Indocilis Favor æmulari.
Aſcende currus perpete, GLORIÆ
Levandus ala, trans loca, trans polos,
Mortalitatem ſperne, dudum
Nomine quam celebri triumfas.
Has linque ſedes. Quære alias tuæ
Laudis capaces. Cedimus obruti,
Cervice laſſa confitenteis
Eſſe omne malè huic ferendo.

Te

Te Galliæ, te Belgium, & Auſones,
Britannicorum te tuba Carminum
Iberici & cantent Poetæ, &
Solis utrumq; ſimul cubile.
Tu Baudiano materies eris
Condigna Iambo. Te feret Heinſius
Apollinis cignus per aſtra
Scriveriiq; Lepos diſerti,
Tu Meurſiano nobilis alite
Legere ſeclis. Te Riteruſius
Gaudebit incinctum Corollâ
Tradere purpureâ Perannæ.
Te Franca Peitho, Nobilis undecim
Iugare Rythmos, Albulos ad vadum
Laudare certabit, Salanis
Plauſibus indigetum potentem.
Et ſera cùm te reſtituet dies
Aſtro paterno, Nenia funebris
Tacebit ultrò, Funerarum
Fabula nil lacrimoſum hiabit.
Nec Præficarum te querimoniæ
Matrum ſonabunt. Harmoniæ novem
Deſcendet in cantus Olympi
Sedibus, inſpicienda coram.
Circum choreas trina Charis pede
Ducet celebri. Floribus integris
Horæ coronabunt jacentem
Neſcit hyems quibus eſſe dura.
Has ante cunctas Vrania, extimi
Tutela cœli Lætificum melos
Ciebit ore & ſaltu, & octo
Inſtituet canere hoc Sorores.

Digitized by Google

Anguis perenni circite in ordia
Secum revertens propria, Temporis
Aeternus actor, circulari
Ambitione rotans volucre
Aevum per annos, te ſocium ſuæ
Vitæ reducet de tumulo integrum,
Axiq; commendabit, in quo
Perpetuum volat ipſe in orbem.
Tu frena diæ ſuſcipies manu,
Auriga tradet quæ tibi Gloria,
Curruumq; duces Imperator
Laudis equos adigens per auras.
Circum volabunt carminibus Sacri
Tuis Poetæ: exercitus ardida
Stolis amictus candidatis
Corpora, Dijs Similes Puelli.
Quos inter auctor non ſine numine
Alcæicorum nobilis alitum
Stipabit, æternosq; cantus
Ingenua fide temperabit
SCALANE, *qui nunc mille pari mele*
Explerit æſtu. Suſcipe, ſuſcipe,
Sacrum canentem, qui Deorum
Stirpe ſatus, ſapit Univerſos.
Nunc candidatus laudis ego tuæ
Laxata ventis vela, rati nego,
Ne deteram immaturus auctor
Principijs, data vota fini.
Quicquid futurum eſt, ſeu Iuvenem tibi
Fati negabunt ſtamina, me tamen
Preconiis ſervire veſtris
Poſteritas voluiſſe dicet.

Seu

Seu cana noſtros vita manet dies
Et, ſerus æui, membra rogu dabo,
Sacrata in æternum Camœna
Te canet, intrepido lepôre.

FINIS.

CASP.

Digitized by Google

C. BARTHI

ELEGIARUM

LIBRI QVATVOR.

JAMBORUM EX
MERIS LIBRI II.

LYRICORVM ITI-
DEM II.

CASP.

Casp. Barthi

ELEGIARUM
LIBER PRIMUS.
IN QUO MERÆ SACRÆ.

Rebus in adverſis ubi jam Deus ille Deorum eſt.
Saucia clamabat ſorte furente, Sihon.
Ille mihi quondam ſpes & fortiſſima Turris.
Vita, Salus, populo Præſidiumq́; ſuo!
Nunc miſeram exercent cæci ludibria Caſus.
Per mare, per terras, Sola relicta, vagor.
Quemcunq; adſpicio facit hunc furor impius hoſtẽ,
Nemo Fortunæ triſtis amicus homo eſt!
Audijt Omnipotens clamantem talia Natam,
Illa licet, ſparsâ virginitate, mala eſt.
Vtq; animum adſpexit ſe ſuſpirantis ab alto,
Illicet in dicta hæc, Corda Paterna, fluunt.
Quæ modo deſerta & tibi ſola videre relicta,
Auxiliatoris dicta parentis habe:
Sponſane, virgineo primum de nomine migrans,
Viſa tibi Iuvenis non memor eſſe ſui eſt?
Aut tenerò primùm quæ flore puerpera facta eſt
Poſſe, uteri primum proijcere, uxor, onus?
Neutra quidem poterit, ſed utramq; ego poſſe fatebor,
Vt careat vitij ſuſpicione fides.

Non

Non tamen omnipotens umquam te, nata, relinquam,
Nec trahet ex animo vel brevis hora meo.
Ecce manum in dextram mihi nomine ſancta notato es,
Nemo tuum ex hujus tollere poſſit ope.
Convertâre modo, ſtrataq; via ampla relinquæ,
Adq; meos poſteis per loca ſenta redi
Sint culpæ peccata tuæ bis murice tincto,
Sanguine ſint eadem purpureo ra novo.
Mox acie Solem, candore nivalia vincent
Vellera, ab hiberna, præcipitata polo.

ELEG. II.

R Erum humanarum quoties me flebilis ordo
Cogit in adſpectum cogere corda ſuum
Fervidus ex oculis toties mihi nimbus in ora
Depluit, ut calido flumine tota natent.
Nam quid enim, in tantæ confuſæ turbine molis,
Quod nolit lacrimas elicuiſſe, latet?
Naſcimur in fletus; prima atq; noviſſima vox, eſt
Exſequiis nimium Præfica digna ſuis.
Dum vitam invitam trahimus, trahimurq; viciſſim
Obrepit ſenſim peſſima quæq; dies.
Raraq; læticia reſpergit triſtia mille
Funera, ubi in mediis fletibus orta Roſa eſt.
Vivimus & morimur, nec, quæ vel maxima mors eſt
Vivere ſit quando novimus, atq; mori.
Heic nobi, nulla dies ſe non ſequiturq; fugitq;
Certaq; nox atro præcipitata pede eſt.
Quodq; ſuos artus reſpectu implorat honeſto
Cum repetit, de quo ſemina ducta, nihil.

Dumq́; pede inſtabili tranſit, ſua munia ſervat,
Singula quæ propter nata, lubenter agunt.
Solus homo, divinum animal, Rationis inante
Peccat, & obtutum nullius eſſe putat.
Mutua ſed pereunt, lucriq; cupidine pallent,
Proq; ſuo bellum quisq; dolore gerit.
Hunc videas ſtructos augentem ſemper acervos,
Inq́; opibus nimiis pauperis eſſe loco.
Scilicet exiguo dum creſcere quolibet altos
Delectat cumulos, tellere parva, grave eſt.
Cum miſero argento creſcit miſer ardor habendi,
Undaq;, quem debet ſtinguere, ab igne viget.
Illum, opere ingenti venantem ſemper honoreis,
Hunc miſerum alterius pone jacere fores,
Iſtum inopi videas nectentem vota ſuſurro,
Queis malus ut petitur nequior eſſe ſolet.
Tanti eſt crudelis curarum exercitus, & quæ
Tot vitas inter vix benè, vita, ſua eſt.
Alterius ſummum eſt, dux Vitæ, dia Voluptas,
Hunc juvat in molli corde ſepultus Amor.
Deliciis moritur, velut umbra, ab Apolline nuda,
Diffluit, ut flammâ Cera liquante natat.
Hoc miſero in vitá vivendi perdere cauſſas,
Quanti vix paucis conſtitit ipſa ſalus.
Præcipue in cunctis res eſt miſerabilis una,
Conſumens alias peſtilitate novâ.
Torva pios vexat, ridet Fortuna Superbis
Ah fati versá conditione boni!
Et raro in cultos migrat Sapientia poſteis,
Exſulis, in tuguri ſtramine, functa locum
Vis ſubiit fugientis in irreparabile damnum,
Sanctaq́; proculcat fœdera, Iura, Deos.

Pauperis

Pauperis in crimen ſatis eſt Opulentia ditis,
Teſtis eam, atq; unà judicis, apta locum eſt.
Nil opus eſt gladio nec lance, Pecunia regnat,
Iuſticia in ſuperas it fugitiva domos.
Iſta in conſilium ſi ſingula & omnia volves,
Spectator fies funeris ipſe tui.
Da mentem immotam, Deus, invictamq; piaclis,
Spes una inter tot fida relicta cruces.

ELEG. III.

FElix ille animæ quem turbidus Error, & effrons
Fortunæ nequeunt Aura movere loco.
Ille, Deo niſus, ſpes huic concredidit omnes,
Et procul humanis, tendit in aſtra caput.
Illum obſcura dies, finis rerum ultima, ſemper
Inveniet promtum vincere tela ſua.
Sive die veniat, vigilat lux unica Chriſto,
Cujus in excelſo pectore ſigna gerit.
Sive meram in noctem, noctis Cuſtodia Chriſtus,
Excubias Genius, candidus ales, agit.
Contra impura cohors cum tempora lucis adulta
Turpibus exegit, lumen abuſa, modis.
Continuat tenebras, & quæ mala fecit in illis
Se damnata ſibi teſte, probare nequit.
Hanc ſequitur ſtridens Pœna, & trux Cerberus ore
Quæ merita exprobrās, deinde merenda docens.
Iuſtus in adſpectu vitam pallente malorum
Triſtibus oppletam viſus amare modis,
Officij expediens curá mandata diurnâ,
Succedente poteſt nocte quiete frui.

Impius

Impius exſomni ſeſe mœrore fatigat,
Quæq; aliis fecit, perpetuò ipſe timet.
Quippe mala exemplo res expatrata profano,
Dum geritur res eſt ſuavis, & apta geri.
At ſpacio anguſto perit imperfecta Voluptas
Exacti macula eſt perpetua ſceleris.
Si benè quæ geritur, duro munita labore,
Interit iſte labor, Gloria Numen habet.
Hæc veteris tenuit Sapientia, carmina, noſtra,
Auſa eadem Antiquos conſcelerare Deos.
Scilicet in vitá quis ſeſe ad dia pericla
Exijt, irriſus quo caritura nota eſt.
Quem cepit Pietas, non heic ſibi præmia ponat,
Præmia ni Pœnas æſtimet ille graveis.
Qui benè quid faciet, feciſſe putatur iniquè,
Vertile in exitium ſe quoq; vulgus agit.
Nec brevitas vitæ, nec huic infeſta Voluptas.
Curaq; mortali Parca ſevera, movent.
Vita citis pennis ſpes deſertura profanas,
Cui fugere eſſe ſuum morsq; manere, mera eſt.
Qualis abit flammis & fumus, in æthera tendit
Debita naturæ quærere, celſa, ſuæ.
At prius ac ſummo potiatur fine volandi,
In Nihilum, vento quolibet actus, abit.
Quiq; modo adverſo lacrymas ducebat ocello,
Deſerit exſangui lumina clara pede.
Talis Amore mali turba obcæcata furentum
Mente gerit dio ſemina ducta polo.
At prius ac patrij repetat conſortia cœli,
Aura Voluptatum depopulatur ea.
Viſa modo obtutus tendentis ad alta morari
Mille modis lacrymas elicuiſſe potens.

Ipſa modo eſt nuſquam, nec, qui locus ante tenebat,
Agnoſcit domini perdita ſigna ſui.
Nil minus intereà flammæ vis pura ſerenæ
Materiâ exhauſtâ, pura recepta Deo eſt.
Aura leves ſtipulas interſerit ulla? morari
Neſcia, tricatur: ſic quoq; vana perit.
Felix flamma Animæ, Pietas benedicta Dearum,
Ipſius æterni Numinis ipſa Dea eſt.
Hanc Pater Omnipotens animi pia præmia caſti
Heîc brevia, at ſecum perpetua, eſſe dedit.

ELEG. IV.

NIl ſuper immenſo jam commendabile mundo eſt,
Quà volat in ſemet Solis utrinq; rota.
Ilicet excelſæ quod mentis nobilis error
Subjectum pedibus non ſciat eſſe ſuis.
Ille per ingentem volucri pede currit Olympum,
Herculeis non eſt hunc retinere jugis.
Mens Animi, exſanguis quāvis timor inſtet ab illâ,
Parte aliâ audacem non ferat alta quies,
Circite longinquo mortalia cuncta relinquens
Exceſſit triplicis puncta novena poli.
Intuita heic curas hominum, queis natio cuncta
Exitio properat ſtulta feroxq; ſuo.
Illic cæliferi ſubiens vice Regis Olympum
Atq; oculo ſpectans proximiore Deos,
Nil tamen inventu facile aut grave vidit, in iſto
Circite, quo evaſit Solis utramq; domum,
Quod ſtabile aut firmum, quod dignū mente ſerenâ
Suſtineat pretij pondera viſa ſui.

Ordo vagus, fera Vita, nihil niſi morsq́; luesq́;.
Anxiaq́; ut dubio Spes male fida freto eſt.
Sola mihi demum Pietas res dia reperta eſt
Digna mea quæ ſit nobilitate Dea.
Heic mens, exacto mundi florentis agone,
Invenit optata ſancta quiete loca.
Heic ſolam in ſua te penetrat ſacraria, ut illinc
Extrahere haud poſſint perfidia atq; Lues.
Sancta quies, placidi ſub imagine condita ſomni,
Quicquid agis, tecum ſac, rogo, ſemper agas.
Nosq́; fore, donec mens, unde profecta, recurrat,
Oſſa ſinu Mater Terra volente teget.

ELEG. V.

QVem timeam, aut à quo trepidem? mihi Vita ſalusq́;
Arx mihi, Præſidium, Turris & arma, Deus!
Ille meæ vitæ Cornu, roburq́;, decusq́;,
Aſperaq́; in Sortis prælia, Parma bona eſt.
Quem timeam aut à quo poſſim trepidare? Iehovah
Vita mea in cælo eſt: nil, fera terra, noces.
Ipſe ſub alarum me tegmine tollet in altum
Remigijs domini dulce, levabor, onus.
Sortis, eho, aſperitas ubi? ubi Truculentia mortis?
Hoſtis ubi infeſto ſpicula mille ſono?
Nil mihi vobiſcum: ſi qua eſt audacia Mundo.
Prælia Compoſito mi ſtruat una pede.
Certa neci Mors eſt, Sors eſt quæcunq; futura
Nulla niſi, quamvis dura futura bona eſt.
Dæmonium exarmata iræ ſtat dentibus atrox
Evulſis ſamis, & rudia ora docet.

Ipſe vagam exercet ridendis morſibus auram
Horrida dejectus pectora mille dolis,
Arma tenet Victor Cæloq; refigit IESVS
Hujus ego frater glorior eſſe Dei.

ELEG. VI.

ACtor apud ſummum noſtra vice, Chriſte, parentem,
Verus homo, verus de patre, Chriſte, Deus.
Quem miſerum dio feciſti ſanguine fratrem.
Hæredemq; tui ſiſtis in arce poli.
Hunc vaga non uno vexat Fortuna tumultu,
Et ſpatia exigui magna doloris habet.
Vita mihi brevis eſt, vel ſit longiſſima dictu,
Illa tamen, veri proditione, brevis.
At miſer haud brevibus rapior per dura periclis,
Aſpera quæ multo crimine Caſus habet.
Quod niſi Pauperies Rationis acerba, morando
Paullum alacreis ſiſtat trans ſua fata pedes,
Et tuus ex alto ſufflans mi Spiritus auras.
Flammea cæleſti corda rigaret aquâ.
Iam dudum in cinereis ardens male corpus abiret,
Arceſſens obitûs diſſita puncta ſui.
Scilicet in ſanis animus juveneſcere flammis
Incipit, & ſe non attinuiſſe poteſt.
Fræna quatit dudum atq; repagula cuncta Voluptas
Vel ſolo rumpit nomine, dulce canens.
Conſcia mens utinam læſa Pietatis abiret
Nec tereret ſancto non ſua caſtra pede.
Audet ad extremum, teq; huic, ait, eripe terræ,
Libera cui cæli janua tota patet.

Quod

Quod manet hoſpitium triſtis deforme ſepulcri
Militet hoc terræ, Corpus, & arva premat.
Nos vigil excelſo vocat ad ſua limina Paſtor
Carmine, quid fœdâ fiſtula voce trahis?
Exſilit his dictis, Mens, externata canendo,
Sed melior vates quam gravis actor ea eſt.
Fata ſibi occinuit, tamen it pede dextra lævo,
Arbitrio jam non tota relicta ſuo.
CHRISTE, vagi affectus vireis contunde rebelles,
Et quate corporeâ florida membra lue.
Non renuam adfixum lecto decumbere corpus,
Dum tua mentem alacri Regula ſervet ope.
Succus in eximio qui nunc mihi turgidus horto eſt
Et ſudit erubea per juga culta roſa.
Marceſcat potius, formæ decor; ora puellis
Grata premat nigrâ pallida nocte lues.
Conſidat potius flos moriturus in urnam
Quam mentem, infelix, in ſua damna trahat.
Spiritus, immenſi Mens ætheris, Aura Deorum,
Ipſe Deus, Nati Spiritus atq; Patris.
Fluctibus effrænis jactantem attolle Iuventæ
Brachia, te ſine non hæc ſuperanda mihi eſt.
Cincta Libidinibus florenti in veſte, Cupido
Spicula per victi pectora mille jacit.
A tergo & facie late loca milite complet,
Caſtraq; cum vallo fortia figit Amor.
Quis potis inſtanteis milleno ex hoſte ſagittas
Vitas, & imbellis Fata cavere mala?
Nunc à colloquio divino abſcedere jus eſt,
In cujus ſemper lumine me eſſe puto.
Nec ſcio Fortunæ quò me impactura Libido,
Aut quo me appellent Pontus & Aura ſolo.

O Pater omnipotens, miſerum ne deſere natum,
Quæ ſine te it, quamvis ſit tua, aberrat ovis.
Fac tibi non ſæcem conſumtæ ætatis olentem,
Fragrantem ſed me poſſe ſacrare roſam.

ELEG. VII.

SI qua piis venia eſt poſt magni ſaſſa reatûs
Crimina, ſi levi vincitur ira Dei.
Confiteor tibi me, Omnipotens, erraſſe: nec hoc, ſed
Sponte etiam in viſum præcipitem iſſe nefas.
Dum malè cauta ferox ludit veſtigia ſerpens,
Vtq; iter inſtabili fluctuat omne gradu.
Confeſſi nunc ſponte, pedes advolvimur almos,
Hei mihi, quam magnus pœnituiſſe labor!
Grandia communis fallunt me ſtrata plateæ,
Crimen, in obſcuro nomine, turba meum eſt.
Ivimus in ſordeis, & vulgi vilibus umbris
Merſimus æterno ſemina ducta Deo.
Vix gravis aſſectos Furiarum turbo reliquit.
Sentimus noſtrum mente manuq; nefas.
Iam tenebras animi ſimulacraq; pallida cernunt,
Vt ſolet hac multa in nocte ſepulta quies.
Sol latet, & nuſquam, quæſito lumine, fulgent
Sidera cum toto, matre trahente, choro.
At non ſublimis paſſus me Paſtor ab alto
Errantem Furias perdere prorſus ovem.
Conſtitit, & radium patrio de vertice ſolvens
Per medios miſit nuncia læta polos.
Et Iuvenem in tenebris palantē, & nocte profundâ,
Corda ferit thyrſo ſancta nitente Fides.

Ille,

Hic, viam radij divino à Sole ſecutus,
Tranſijt ultra omneis, mens generoſa, polos.
Hinc oritur, nuper cæcæ, nova Gratia luci.
Virtutum repetit frigida membra Calor.
Unde Cupido ferox ſtimulabat Amore neſando,
Hinc oritur puro flamma ſerena face:
Unde levis tumidâ eſt inflata Superbia bullâ,
Effrænisq; ferox inſiliebat Equo.
Hinc humilis ſuperos meditatur Gratia cultus.
Quò magis hæc premitur, tam magis alta petit.
Gratia ſit Domino; per quem mea Vita renata eſt,
Huic grato dum concinet ore melos.

ELEG. VIII.

Diſſolvi cupio: quid me ingratiſsima ſervas
Vita; meis non es moribus apta Dea.
Te diſcat, ſi quis cæleſtia noſſe negavit,
Omnia cui præſens Tempora verſat agon.
Dum ſtudio immoritur nimium, veſanus, habendi,
Nec ſatis ardenti vel nimia eſſe queunt.
Ultrò abit in terram atq; abſconſos quærit in illâ,
Magnarum tumulos, ſeſquiſepultus, opum.
Quæ tenet, utibileis alijs ſeponit in uſus,
Ridiculum, hæredi gaudia ſera, caput.
Incubat hic Gazis, quas non habet, aucupat alter,
Vivere dum quærit mortua Vita perit.
Pars alia, indomiti flammata Cupidinis œſtro,
Quas male, vel nec habet, perdere certat opes,
Namin aliam in cædis Mavortius excitat ardor,
Sanguinis adſueſcit dextera ſæva ſiti.

Pax illi bellum eſt, Pax eſt accendere bellum,
Inſcendit votis omnia vota ſua.
Anſati aſt alij magnos meditantur Amoreis
Omnia debere qui ſibi celſa putant.
Alter abit Curis, vanoq; ſimillimus aſtro
Quod media ætherei diſtinet aula poli.
Quam dum Docta cupit ſpeculantum prendere ſecta
Nullo deperijt ſidus inane ſono.
Si pereunt Curæ mortaleis, nec locus horum
Conſcia nec ſupereſt Nominis Vrna vagi.
Ah miſeri! in vita diſcendum eſt plurima vobis
Perdenda ut quæ ſunt diſcita, noſſe queas.
Plurima diſcendum ſed plura adhuc patiendũ eſt,
Diſcere cui mens eſt, diſcat inante pati.
Aſt rudis hæc Animæ neſcit myſteria torpor
Corporis. Imparile hoc, Chriſte, reſolve jugũ.

ELEG. IX.

LOnga quidem vita eſt optabilis inter homullos,
Sæpe ſed in Pœnam vivitur illa ſuam.
Adde quod, ut vivunt, pauci, quid vivere, norint,
Longa nec eſt vita hoc quod ſtolidi eſſe putant.
Canicies vera eſt animi Sapientia: felix
Quantumcunq; brevis, quæ, via, trita bene eſt.
Longorum ſeries annorum ad plurima luſtra,
Vincitur ætati, ſit brevis illa, bonæ
Vita ſine afflatu peregrinæ labis, adulta eſt,
Quamlibet in primo flore relicta, tibi.
Iuſtus ut ante diem funebreis occupet horas,
Carcere ut in vitæ provolat hic ſtadium.

Ille

Ille tamen fruiturus, abit, felice quiete,
Nec quidquam heſternis turbidus à lacrymis.
Complacuit ſiquidem domino, Charusq́; fuiſſe
Cernitur hinc, miſeram quod cito linquit humū.
Quam varia in vitâ dant infeſtam atra pericla,
Queis pluit, inſano turbine, Sortis Hera.
Ille ideo ante diem migrat mortalia, ne fas
Dum teneri ſenſus, undâ aliquâ abripier.
Paullum eſt momentum, ceu victus imagine ſomni
Deſerit humanas res: bene! ne capiant:
Sanctam animi mentē non tentant, dira Voluptas,
Error, et improviſi horrida vis vitij.
Quo verſum incedas animo, quæ compita luſtres,
Exemplorum, ecca, eſt obvia quanta ſeges!
Hæc ſunt quæ teneras menteis, ludente Iuventâ
Errorum in caſſeis ad necis arma trahunt.
Præcipuè Indoctos capit illecebroſa Voluptas,
Mille per aſſuitus molliciem excrucians.
Qui juvenis, quod ferre ſemel jubet ordo, ſubivit
Ereptus cunctis, quæ mala vitam ineunt.
Ceſſit humo exhauſtâ numeroſâ vitè ſenectâ,
Trans ſua lanificas ne trahat orſa colûs.
Hic placuit Domino, properat finire labores
Candidaq; ad Calcis raptat eum Dominus.
Sed ſacer errorum non ſentit talia torpor,
Quæq; oculis ſemper, pectore nulla videt.
Huic abitus obitus, Domini Clementia mors eſt,
Nec miſera in vitâ ſentiet iſte mori.
Nox ſua ſub culpis ignaro tota veternum eſt,
Præſenteis ultra nil putat eſſe dies.
At brevis Alborum vita, eſſert longa Nigrorum
Tempora, Ni damnas utraq;, Nigra cadunt.

Vivat in immundo longùm gens barbara mundo
Nos domini hinc Cælos elevet ala brevi.

ELEG. X.

I[illegible]ni, quem copia cogit hiare.
Nec tamen à rebus certa teret ſaties.
Plurima cum capiat, captas Rex perdit iniqu,
Dumq́; paranda inhiat, parta profundit inops.
Sic canis Aeſopi viſaq́; fameſcit ab undà
Dumq; aliud certat prendere, prenſum abicit.
Eſt Labor æternus partis æquare paranda,
Omnia ut, ereptus tu tibi, poſſideas.
Hoc tamen eſt monſtrum vel portentoſius illo
Parta parandorum cum tibi nomen habent.
Humanum ingenium quo plura poſſidet, illo
Plura poſſeſſis accumulare cupit.
Deſinet huic Orbis, Vltramundanus Horizon
Impatientem exiguam cedet Avaritiæ.
Inveniunt. Veteris contemtu, impervia regna
Nereos, inq; novo Mors pretioſa ſolo eſt.
Tantum animi eſt miſeras pice ſuffudiſſe tabellas,
Vnde ferat ventis Prælia, parva ratis.
Per nubes per ſaxa volat ferus ardor habendi.
Neptunum infidum cogit habere fidem.
Impius in mortem de prorâ ſpectat aduncâ
Atq; alius fati, navita, monſtrat iter.
Ille adeo, toties periit, nequit atra timere
Fulmina, & inviſâ per mare currit aquâ.
Piſcibus hæc iter eſt, ſed & his Natura negavit,
Perrumpit Mortis Clauſtra homo, nec moritur.

Pario

Parce opibus diris furias poſtponere ponti.
Terra tua jam jam parva futura ſatis eſt.
Ille animum ultra ingentem efferre Cupidine Olympum,
Efferus, in Ceto contumulatur, homo.
Sprevit opes Terræ, Terræ haud contingit inani,
Exhæres matris putreat ille ſuæ.
Quod ſi adeò non eſt ſaties tibi habendo parandæ,
Apta prius vitæ cenſibus, haurit ocelis.
Dein metire animo. Dena eſt Trieteris agunda
Viventi, hanc ſuperat res tua mille modis.
Cætera cui corradis? erit tibi plurimus hæres,
Si malè conſultum vis tibi, multa para.
Sic etiam benè parta malo ordine perdit abuſor,
Dilapidatq; tuam, mente cadente, famem.
Finis Opum eſt; ſpectare manum Omnipotentis ab alto.
Quod dabit hic, parca ſedulitate frui.
Non adeo votis incendere vota, nec omnes
Divitias unum concumulare ſatis.
Cum ſuprema tenes, linquendum eſt plura retentis,
Cætera in hæredum Sors rapit Opprobrium.
Multi etiam ſunt propter opes periiſſe reperti,
Quod ſatis eſt homini; ſæpe ſupervacuum eſt.
[illegible]al & Chriſtus cui conſentire videntur
Hunc coquat indomitæ peſtis avaricia.

ELEG. XI.

RUmpe moras anima apta Deo: jam celſus Olympo
Signa canit tubicen, jam ſonus inſtat equûm.
Pugnandum Stygios contra eſt tibi fortiter hoſteis
Hei pereat ſi quæ Vita perire negat.

Atq; equidem auxilio venit, en! divina caterva,
Fortia purpureâ pectora veſte tegens.
In medio quorum vexilla rubentia claro
Fulmine, divinæ Signa Crucis referunt.
Harmoniæ ſoboles juxtà ſaltuq;, Lyraq;,
Aeterna in Chriſti voce volant merita.
Vt quondam Alcides verus domat æripedem anguẽ,
Augiæ expurgat Poſideà ſtabulum.
Innumeri dextra Comites lævaq; vagantur,
Argumenta ſui quisq; gerens obitus.
Martyres Aetherei, Felix exercitus ejus,
Cujus in adverſa ſtigmata fronte gerunt.
O Crux purpurea, ô, te, te, eminus hoſpes adoro:
Sit mihi fas umbra ſub latuiſſe tua.
Vosq; adeo, Cæli Victoria, Martyres almi,
In veſtrum penitus me ſinite ire chorum.
Vos geritis veſtri longa argumenta triumfi.
Armillis donet, ſaltim ego, habebo ſatis.
Hunc cruce converſa moriturum, hũc tertius audit
Verba tamen domini commemorare, Dies.
Illum aliumq; Chalybs candens ſuper igne ſupinum
Torret, et obvertit fortiter ille latus.
Non mare, non ſcopuli, non ſunt Tormenta negati
Aeris, objecto non fera flamma ſale eſt,
Non rota non arvina ſuper cauteria criſpans
Non Equus aut ruptis diſſita membra rogis.
Vngula non, ſciſſo rimata Cadavere coſtas,
Non calx viva ignem paſcere docta ab aqua,
Non clavi, clavæve truces, non fervidus enſis,
Haſtave, vel ſi aliud Pœna habet ingenium.
Non ſunt ulla alibi, Tormentorum omnia geſtant
In Domini Caſtris martyres ingenia.

His

His modo proſtrati felix Victoria mundi
Incubat æternis, inviolata, roſis.
Has equidem in turmas, hæc in tentoria migro,
Accipite ô caſtum, caſti equites, ſocium.
Nec, mihi quod prima tironis imagine nudi
Candida purpureo parma colore vacet,
Spernite. Sanguineas vobis oſtendere poſſum
Adſperſit queis me Gratia dia, notas.
His ego ſum electus ante alta exordia Mundi
Has moriens Chriſti in vulnera quinq; feram.

ELEG. XII.

QVæ ſine te non eſt, ſine ſit, Pater optime, tecum
Iam mihi vix ipſo nomine nota, Salus,
Velle volo, hæc miſeri eſt, miſeri hæc ſuprema Poteſtas,
Tu, pater, hanc factis æquiparato piis.
Hoc modo conceſſum, te largitore, tenemus,
Te ſine, non ipſum me benè velle, meum eſt.
Me miſerum, inſanæ lacit error amabilis auræ,
Et juvat in dulci perdere vela freto.
Naufragium ipſe meum, tanta eſt vecordia, ſector,
Quodq; palam occidit, jam periturus, amo.
Vt ſcopulo è magno video ventoſq; fretumq;,
Tuta male eſt ſecum prodiga vita ſui.
Aſpera ſed retrò multis via ſentibus horret,
Me miſerum! nudi quam timuêre pedes.
Neſcio quid ponti furiæ placabile ſervunt,
Omnia ſi expendas, diſplicuiſſe placet.
Attamen orbata caſo nant remige puppes,
Dum video, has verſa eſt proxima, at iſta perit.

Quæ

Atq; equidem auxilio venio, en! divina caterva,
Fortia purpureá pectora veſte tegens.
In medio quorum vexilia rubentia claro
Fulmine, divinæ Signa Crucis referunt.
Harmoniæ ſoboles juxtà ſaltuq;, Lyraq;,
Aeterna in Chriſti voce volant merita.
Vt quondam Alcides verus domat æripedem anguē,
Augiæ expurgat Poſtideà ſtabulum.
Innumeri dextra Comites lævaq; vagantur,
Argumenta ſui quiſq; gerens obitus.
Martyres Aetherei, Felix exercitus ejus,
Cujus in adverſa ſtigmata fronte gerunt.
O Crux purpurea, ô, te, te, eminus hoſpes adoro:
Sit mihi fas umbra ſub latuiſſe tua.
Voſq; adeo, Cæli Victoria, Martyres almi,
In veſtrum penitus me ſinite ire chorum.
Vos geritis veſtri longa argumenta triumfi.
Armillis doner, ſaltim ego, habebo ſatis.
Hunc cruce converſa moriturum, hūc tertius audit
Verba tamen domini commemorare. Dies.
Illum aliumq; Chalybs candens ſuper igne ſupinum
Torret, et obvertit fortiter ille latus.
Non mare, non ſcopuli, non ſunt Tormenta negati
Aeris, objecto non fera flamma ſale eſt,
Non rota non arvina ſuper cauteria criſpans
Non Equus, aut ruptis diſsita membra rogis.
Vngula non, ſciſſo rimata Cadavere coſtas,
Non calx viva ignem paſcere docta ab aqua,
Non clavi, clavæve truces, non fervidus enſis,
Haſtave, vel ſi aliud Pœna habet ingenium.
Non ſunt ulla alibi, Tormentorum omnia geſtant
In Domini Caſtris martyres ingenia.

His

His modo proſtrati felix Victoria mundi
Incubat æternis, inviolata, roſis.
Has equidem in turmas, hæc in tentoria migro,
Accipite ô caſtum, caſti equites, ſocium.
Nec, mihi quod prima tironis imagine nudi
Candida purpureo parma colore vacet,
Spernite. Sanguineas vobis oſtendere poſſum
Adſperſit queis me Gratia dia, notas.
His ego ſum electus ante alta exordia Mundi
Has moriens Chriſti in vulnera quinq; feram.

ELEG. XII.

QVæ ſine te non eſt, ſine ſit, Pater optime, tecum
Iam mihi vix ipſo nomine nota, Salus,
Velle volo, hæc miſeri eſt, miſeri hæc ſuprema Poteſtas,
Tu, pater, hanc factis æquiparato piis.
Hoc modo conceſſum, te largitore, tenemus,
Te ſine, non ipſum me benè velle, meum eſt.
Me miſerum, inſanæ lacit error amabilis auræ,
Et juvat in dulci perdere vela freto.
Naufragium ipſe meum, tanta eſt vecordia, ſector,
Quodq; palam occidit, jam periturus, amo.
Vt ſcopulo è magno video ventoſq; fretumq;,
Tuta malè eſt ſecum prodiga vita ſui.
Aſpera ſed retro multis via ſentibus horret,
Me miſerum! nudi quam timuêre pedes.
Neſcio quid ponti ſuriæ placabile ſervunt,
Omnia ſi expendas, diſplicuiſſe placet.
Attamen orbatæ cæſo nant remige puppes,
Dum video, hæc verſa eſt proxima, at iſta perit.

Qua

Quæ modo ſubmerſa eſt mihi vociferatur; abiq;
Quæ tumida expandit vela, venire jubet.
Diſsidet infelix animus, ſeq; ipſe ſecutus
Palat, & in nullo eſt Anchora fixa loco.
Ecce, ubi mens cælos cognataq; cogitat aſtra,
In numeros à ſe ſola recepta ſuos.
Deſes humum corpus detracta mente tuetur,
Somnia pro vitæ numine vana colens.
Mortali ſtupet amplexu Cœli ignea proles,
Particula æterni facta caduca Boni eſt.
Hinc, velut eliſo ſonipes domitore ſuperbus,
Spes Iuvenem in magna planicie ire jubet.
Pulſantem phaleras, & Colla comantia celſum
Concutere effuſa per fera terga juba.
Nec veteris ſtabuli florens reminiſcitur ætas,
Nec videt à tergo ſtare ſenile caput.
Intereà in vitium flectenti cerea forma eſt,
Cerea, vel ſi qua mollior eſſe poteſt.
Pronus in exitium Iuvenis, durusq; monenti eſt,
Senſuum ei in varia Nobilitate Labor.
Afficit hoc viſus, auditu eſt aptius illud,
Non habet in guſtu blanda libido modum.
Naribus argutis jucundum eſt nectar olere,
Et roſa de quovis flore pudica micat.
Vt peſtem infelix calidis vehit imbribus Auſter
Delicias donat Exitioſus Amor,
Hactenus, atq; utinam, furit in ſacraria Cordis,
Litterula nimium dum placuêre, Puer.
Præq; Deo arridet miſerorum turba Sophorum,
Scrutatur nullo limite docta mala.
Vndiq; fruſtillis commendicata Voluptas.
Se ſummum in rebus diſputat eſſe bonum.

Dumq;

Dumq; animo ſuperatur, habet Ius Corporis omne.
Hei mihi quam ſecum belligerare grave eſt!
Da, Pater Omnipotens, Seirenum exire pericla,
Omnia quæ placeant diſplicuiſſe putem.

ELEG. XIII.

ERror inexplicitus, ſimulati pompa Furoris,
Hoc etiam, quod non vis, tamen, Error, agit.
Nec tua te ſpecies, tetro nec nomine, culpa,
Diſtinet, in lata quin velis ire via?
Spiritus hæret in hoc, ſua quem tenet undiq; vinctū
Sponſa, nec emittit Corporis hoſpitio,
Vita, vigil curis, cælo in mortalia flexis,
Vivendo nimium nominis orba ſui.
Carceris ut primi Ladas tenet obice curſum,
Victor Olympiaco poſt tamen in ſtadio.
Erue te vinclis, Anima alma, æternæ, caducis,
Nec blando ſervi Conjugio ante diem.
Hei mihi, quam duro luctâ evolvenda periclo eſt,
Ipſe, velim ſi me vincere, reſto mihi.
Aerumnoſus homo! quis te dabit iſta pericla
Rumpere, ne propriis viribus intereas!

ELEG. XIV.

SI pede qui dubio, creperâ ſub luce, Viator,
Inſtituit ignotum, nocte ſubactus, iter.
Nil prius immenſis poſcit ſuper omnia votis,
Cernere quam roſeos ſe Phaetontis equos;

Secu-

Securus cæcæq; viæ, Errorisq; viandi,
Quamvis ignota ſtet regione tremens.
Vtq; diem illuſtri ſentit proſcendere curru
Abjicit heſterni triſte timoris onus.
Sic mea mens, noctis variis exercita curis,
Deſidiem ſomni, luce micante, necat.
Cumq; oculis Domini florentibus apta nitorem eſt,
Spernit terreni Gaudia cuncta boni.
Nox velut exſcenſu Solis de marmore cano,
Suffugit, & toto cum meminiſſe perit.
Sic vigil æternæ cum lux ſuper æquora Vitæ
Mortalis ſcandit, ſomnia vana fugat.
Turpis Opum pallor, turpis Veſania ferre,
Humani pereunt litterulæ ingenij.
Grande Sophos, nebulæq; Peritia, Doctrinæq;,
Cum pereunt porrò nemo fuiſſe putat
Mortaleis miſeri Fumo ſua tempora tradunt.
Aura levis Sperum disjicit omne genus.
Huc agite, ô miſeri. Brevis eſt via tramitis hujus,
Aeterna eſt meriti Pœna futura mali.
Huc aciem ingenij defigite: Corporis omnem
Fortunam mentis Conditio ſequitur.
Si brevitas ævi bene vivitur; Immortalis
Immortalem animam Vita Salusq; manet.
Si brevitas ævi malè vivitur: Immortalis
Immortalem animam Pœna luesq; manent
Hoc opus eſt ſcrutari, & ſic componere mentem,
Omnia uti ſpernat dum memor ipſa ſui eſt.

ELEG.

ELEG. XV.

In Peſtilentiâ.

QUi modo te coràm vix ora trementia ſolvo,
Cui gravia exſangui verba timore natant;
O pater omnipotens; forſan tua ſancta Voluntas
Poſt breve momentum ut ſim cinis alba, jubet.
Sic, dubiá in vitá, dum morbidus aeris ardor
Omnia ſuſpectis involat uſta notis.
Quisq; animi credit: paucos ſua pectora fallunt,
Et gratus rari nominis error adeſt.
Spiritus ignarus polluto ludit in hauſtu
Aetheris, & mortem qualibet Aura ſonat.
Intereà circum clades graſſatur avara,
Qui ſtetit hoc puncto, dum cano, procubuit.
Parcere nec juvenem nec vis ſolet iſta puellæ,
Cum ſene decrepito virgo puerq; cadunt.
Iamq; aliquis forſan tædas conſpondit Amori,
Vncta ſed infauſto perfida tæda rogo eſt.
Hic numero immenſo nummos partitur avitos.
Dum perit, hæredi conſulit ille ſuo.
Hic veteris ſecum ſummam deducit amici,
Creditor huic toto calculus orbe calet.
Pars alia audaci temeraria carmine; Baccho
Dulce ſupinato corpore cantat Epos.
Et miſero in vino quærit ſolatia morti,
In vacua huic vena dum putat eſſe locum.
Sunt quoq; qui Sophiæ ſtudijs moriantur in ipſis.
Sunt quoq; qui Muſis triſtia fata canant.
Nec fuga paucorum nebulis erupit ab Orci,
Et tenebras alia vincere nocte parat,

At tua, quæ toto ſparſa eſt, Eccleſia, mundo
Vix nunc vix unâ pro veteri urbe, domo.
CHRISTE, *tuum in funus collecto corpore, migrat*
Quod quinum in ſancto corpore vulnus habes.
Ridet ibi inſanæ circumbacchantia mortis
Fulmina, per terras quæ via facta Poli eſt.
Et canit, & poſcit diſſolvi pectore toto,
Vt tandem longâ libera morte volet.
Erutaq́; è turbis, Anima alma, exſcendat Olympū,
Spiritus huic pleno Numine Sanctus adeſt,
Nil placet huic terreſtre, Deo volat hoſpes amanti.
Agnatum repetunt Speſq́; Fideſq́; Polum.
Nos quoq;, quos primo Timor externavit agone,
Mortali mortem lumine dum adſpicimus.
Nunc ſubit alma quies, deſideriumq́; migrandi,
Peſtilitas Vitæ porta, Neciſq; fuga eſt.
Nil metus infelix, nil jam Timor efferus angit,
Omnis in immenſo Gloria noſtra Deo eſt,
Hic Pater, hic frater, Vitæ hic nova Regula ſanctæ,
Omnia in hoc, abſq; hoc nec nihil eſſe queo.
Addicta Iuvenis ſuſpendere vota tabellâ
Occupo: nil in me Lurida Peſtis habet.
Ite, vagi manes, tortorum examina torva,
Vos, vos perpetuò flammea flagra manent.
Quæq́; ſuper flagra eſt vita pia Regula caſtæ,
Invidiâ veſtrum rumpitur unde genus.
CHRISTUS *adeſt nobis. ſi tollere cuncta valebis*
Hoc tamen haudquaquam ſurripuiſſe potes,
Crimine de cuncto purgat nos SANGUIS JESU,
Cætera ſi eſt variis horrida vita notis
Attamen à cunctis purgat nos Sanguis JESU,
Delebit nemo è pectore mi iſta meo.

Simpli-

Simplicitas mea me tutum concinnat ab hoſte,
Vaſricies iſtanc vertere nulla poteſt.

ELEG. XVI.

PRodigus ut quondam longè à Genitore paternas
Indigno eluſus congrege, perdit opes.
Quem procul à recto Iuvenilis tramite raptat,
Error, & innumeris obruit illecebris.
Donec Particulo patriam decoxit opum vim
Cum ſuibus fœdas vertere juſſus haras.
Ille tamen, poſtquam rediјt Genitoris imago,
Oblitus noxæ regna paterna petit.
Obvius amplexu Pater, & tota Aula triumfat
Atq; epulis reducem delicijsq; fovet.
Sic mea me ſtudia & Sophiæ genialis Error
Dudum à ſanctificis detinuere libris.
Ingenij vireis Vanarum examine rerum
Attrivi, in nullo Carmine Poſterior.
Me Vaga cum blando Venus attinuiſſe Lepore
Nota, ſonant noſtro nablia multa pede.
Nec Iuvenum flammas nullo condivimus æſtu,
Promtius atq; olim nare Leander habet.
Cætera quid Sophiæ grandi pede fulmina dicam,
Scazontem porrò claudere nemo putat,
At procul à patrio ſulcantem devia Olympo
Marmora, cœleſtis jam rapit Aura freti,
Prodigus errandi, tandem ad tua limina vertor
O pater, erroris tu miſerere mei.
Da ſtudia ſtudijs cedant mortalia dijs,
Vnde meum diſcam nomen, inanis homo.

Heic genibus poſitis tua me Clementia pronum
Spectet, & è denſis eruat æquoribus.
Cætera vivendi tibi nota pericula pono,
Corrige, vel nos hæc vincere, Summe, juva.
Per tua te, quoniam mea non eſt, pronus adoro
Sint merita in vitam maxima veſtra meam.
Pulvis ego, venti ludibrium, inane, Deorum
Quid poſſim magno denumerare Patri?
Vt miſerum Vitali adſpectet lumine, nec mî
Obruat ancipiti nox mea nube caput.
Pellaces oculi meretricis amabile rident,
Nulla iſtis obſtat quamlibet alta quies.
Alta quies, Sophiæ quam conſtruxêre magiſtri,
Affectus ex quâ concutere arce queant.
Omnia ſed quamvis fortiſſima mœnia dicant
Vnius obtutus disjicit illecebra.
Me tua, ſumma, Parens, ſervabit Gratia ſolùm,
Dum freta nat molli plena Iuventa ſavo.
Claudam oculos, atq; ora premam, guſtare, videre,
Letale eſt, mel hoc Ponticon eſſe puto.

E L E G. XVII.

VEl ſi alium fatis medicum pugnantibus optem
Non poſſit tantis alter adeſſe malis.
Nunc quem, Chriſte adeam, niſi te, Germane, mearū
Qui curam rerum ſponte ſubire cupis.
Quiq; potes ſolus tantis ſuccurrere morbis,
Qui mea transverſo turbine corda petunt.
Vnica Dux vitæ, rerum ſpes ſola mearum,
Humano quam me jure fovere decet,

Hæc cupit exſtinctum, vel ſi non audet, abire
Me procul à cuncta proſperitate, cupit.
Hoc ego cum videam, nativo cætera morbo
Augeo, depreſſis queis opus eſſe ſitio.
Et mea mortalem & Iuvenem me pectora verſant
Affectu mentem depopulante vago.
Ingenuè medico quæ cuncta fatebor, & inde
Curarum Curam deliquiumq; traham.
Alterius ſi quid virtutis ab indole traxi,
Alterius vitijs miſta Cupido mea eſt.
Illam ego, ceu flammæ ſcintillam, in maxima duco
Damna, Noti multo flamine, ut ignis agit.
Non ignoro etenim nec me Pador iſta negare,
Aut ſinit, Omnipotens, diſſimulare tibi.
Sed tamen & vitijs acris quandoq; medela
Fomentis lepidis aptior eſſe ſolet.
Et ſi qua invito mihi prorupere labello,
Attonita qualis mente loquela cadit.
Non ideo agnatum adfectum poſuiſſe recordor
Qui fuit in noſtro pectore labis inops.
Hei mihi, ſic noſtris vitijs induco colorem
Quum me ſimpliciter recta patraſſe nego!
O Pater, & peccaſſe, & magna ea crimina dico,
Et ſi non dicam, me mea verba premant.
O Pater, at quamcunq; gravis nos ultio vexat,
Tantum me dico commeruiſſe minus.
Tu quia, Chriſte, mihi datus es; cui credere juſſus
In pura merear dona beata fide.
Intercede igitur, meq; his, Germane, periclis
Exonera, vel ſi hoc juſta medela negat,
Da mortem optatam & tua me in ſacraria deduc,
Unde eſt perpetuæ Mors data dia neci.

Vt puris manibus, ſine perturbante tumultu,
Mundo ignota malo ſacra tua alma colam:
Intereà, quamvis ſpacium præcidere totum
Eſſem ſi dominus corporis ipſe mei
Optarim, in mundo immundo ſpe munera vitæ
Præcipiam ſanctæ, devoveamq́; tibi.
Pura licet nequeam vitijs decurrere ſecla,
Annitar magna ſed tamen illa fide.
Gratia me domini meriti ſuſtentet egenum,
Hanc numquam rapient mi fera fata ſident.
Stat mecum Chriſtus, pugnacia provoco tela,
Hoc ſcutum cunctis ſufficit, eſtq́; ſuper.
Vulnus in emerito Chriſti latere adſpice quinum,
Cumq́; hoc, hoſtis atrox, horrida bella gere.
Inde cruor ſaliens niveo me flumine mundat,
Vt Chriſti poſsim lumina ferre Dei.
Quamdiu in hoc miſero mens eſt mihi corde futura
Militiæ noſtræ ductor IESVS *erit.*
Hic, cum decurſum fuerit ſpacium æquoris hujus,
Aerumnoſa gravis cum teget oſſa lapis,
In cinerem vertet Clementis lumina vultus
Relliquias noſtras ne vaſer hoſtis agat.
Et tamdem certo veniens in nubibus arcu,
Ipſa mea hæc mihimet membra reducta dabit.
Vt capiam æternæ jam non violabile ſertæ
Præmium, & in Chriſto nil niſi Vita ſiem.
Vt noſtræ nec lingua queat contingere Vitæ
Gaudia, nec vocis concelebrare Vigor.
Non oculis ſpectaſſe, nec auribus exaudiſſe
Qualia ſe dicat antè, beatus homo.
Omnia quæ Chriſto mihi ſunt clemente repoſta,
Extorquere hoſtis quæ mihi nemo poteſt.

Et non cum vitijs unà mala ſecula linquam?
Et non cum Chriſto protinus eſſe velim?
DISSOLVI *cupio, Chriſtoq́, adjungier hoſpes,*
Ah me! quam tarda eſt mors Cita facta mihi!
Exoſi jam technæ hoſtis, Mundiq́, Valete,
Præcipio Chriſti gaudia mente mei.

FINIS,

C. BARTHI

ELEGIARUM

LIBER SECVNDVS.

In quo Amores.

CASP. BARTHI

ELEGIARUM

LIBER SECUNDUS.

ELEG. I.

QVi modo eram Sophiæ caſto ſacer hoſpes in horto,
Floribus æternis tempora ſancta ligans.
Nunc adeò in molleis Cypri vehor advena lucos,
Mobilis, & ſpretos cogor inire choros.
Grande ſupercilium, promiſſaq; barba, valete,
Nil baculo mecum, tu quoq; pera, iace.
Triſte Sophos vinctiq; rigor, natura Catonis,
Totaq; Zenonis porticus apta, vale.
Cumq; Platone tuo dubijs Academia ſectis
Quære alium, antiſtes, dicar Amoris ego.
Me, Paphiæ Veneris non aſpera ſigna ſecutum,
Hinc aliâ certum eſt caſtra movere tubâ.
Atq; utinam primis, ut velitis arma, ſub annis
Candida cum molli parma labore cadat.
Non cupiam Sophiæ rigidos redijſſe ſub annos,
Queis premit indocileis fortiter illa viros.
Aureolis potius Violantia fuſa lacertis,
Alliget in teneros pectora victa ſinûs.
Pieriſin frater cum triplici Apollo chorea
Exſulet, è trinis non me amet una Charis.

Nil minus ipſe inter vateis teneroſq; pioſq;
Inveniam dignis nobile nomen avis.
Ambroſiæ flos æternus, pro nectare Divum
Spiritus, è labijs ortus in ora fluit.
Carminibus Lepor unde æternaq; gratia noſtris.
Suffugiet ſtructi nomen inane rogi.
Quod ſi aliquo pacto mihi baſia veſtra favebunt,
Tunc ineam numeros, dic Tibulle, tuos.
Callimachi manes, Umbri Simulacra Philetæ,
Marchidos in campis dein habitare volent.
Si juvat ulterius flammas ſpondere faventeis,
Ut teneat ſummi præmia lauta loci.
Præq; alijs in me felix Amor iſte reſidet,
Heinſiadæ palmam ſollicitare velim.
Sternuit à læva felicia ſigna Cupido,
Alea quæ non eſt hoc duce jacta, perit.

ELEG. II.

SI mea poſt manes non irrita vita futura eſt,
Et fugient ſtructos nomina caſta rogos.
Non alia noſcar, quam tu, Pietate per ora.
Aequa ita ſint noſtræ marmora nulla pyræ.
Tunc mea, me propter paſſo, Violantia, crine,
Infundet cineri dona ſuprema ſacro.
Candida, cum veteri, Carcheſia lactis, Iaccho,
Et violas, proprij nominis omen amans.
Non ego tũ titulis, nec grandi Epigrammate malim,
Sat mihi, te atq; illam condoluiſſe, tegi eſt.
At ſi, utinam primum votorum ex ordine cuncto
Perficiant ſuperi, nec brevis Urna neget.

Scilicet

Scilicet ut Famæ ſublatus in æthera bigis
Non totus tumuli mole jacere ferar.
Sitq; aliquid, noſtri quod vim teſtetur Amoris,
Hac vates certè parte ſuperſtes ero.
Ut bona poſteritas, & Candida cura Nepotum,
Par in amicitiâ tale fuiſſe neget.
Tu licet è celſo dictes diſcenda, loco me
Adjuvet è longè deteriore ſequi.
Singulaq; ingenio ſollerte oracla notare,
Illius ut poſſis tu quoq; Amore premi.
Et rata, non dubito, ſunt hæc per fata futura,
Omnia quæ votis cedere nota tuis.
Sic ego Taubmani, ſi non eſt carmine noſtro,
Nobilis in ſeclis omnibus auctor ero.
Atq; aliquis, caſti qui relligioſius Amoris
Sacra colet, vulgi non temeranda manu.
Puri fontis aquam tumulis inverget amicis,
Hoc mihi par, dicens, molliter urna fore.
Exſiliet, quamvis æternâ in ſede quietis
Imperturbatis, mens mea, juncta Diis.
Temporis illius retractans gaudia, quæ te
Participem Curis ſepoſuere meis.
Dum levis in teneris victor flos veris adulti
Incipit inveſteis contemerare genas.
Spes mihi non hæc eſt plane irrita, quippe ſecundum
Auditus dextra ſternuit omen Amor.
Iamq; ſacer terræ ſe ſpiritus hoſtis in illud
Induit ætherei ſideris, ecce, decus!
Quam vellem in prima non deſtituiſſe juventâ,
Speſq; datas iſtâ creſcere poſſe viâ.
At voti alterius non exſuperanda refutat
Ingenium, demens Cura, mihi omne meum.

Nam

Nil minus ipſe inter vateis teneroſq; pioſq;
Inveniam dignis nobile nomen avis.
Ambroſiæ flos æternus, pro nectare Divum
Spiritus, è labijs ortus in ora fluit.
Carminibus Lepor unde æternaq; gratia noſtris.
Suffugiet ſtructi nomen inane rogi.
Quod ſi aliquo pacto mihi baſia veſtra favebunt,
Tunc ineam numeros, dic Tibulle, tuos.
Callimachi manes, Vmbri ſimulacra Philetæ,
Marchidos in campu dein habitare volent.
Si juvat ulterius flammas ſpondere faventeis,
Vt teneat ſummi præmia lauta loci.
Præq; alijs in me felix Amor iſte reſidet,
Heinſiadæ palmam ſollicitare velim.
Sternuit à læva felicia ſigna Cupido,
Alea quæ non eſt hoc duce jacta, perit.

ELEG. II.

SI mea poſt manes non irrita vita futura eſt,
Et fugient ſtructos nomina caſta rogos.
Non alia noſcar, quam tu, Pietate per ora.
Aequa ita ſint noſtræ marmora nulla pyræ.
Tunc mea, me propter paſſo, Violantia, crine,
Infundet cineri dona ſuprema ſacro.
Candida, cum veteri, Carcheſia lactis, Iaccho,
Et violas, proprij nominis omen amans.
Non ego tũ tituli, nec grandi Epigrammate malim,
Sat mihi, te atq; illam condoluiſſe, tegi eſt.
At q; utinam primum votorum ex ordine cuncto
Perficiant ſuperi, nec brevis Vrna neget.

Scilicet

Scilicet ut Famæ ſublatus in æthera bigis
Non totus tumuli mole jacere ferar.
Sitq́; aliquid, noſtri quod vim teſtetur Amoris,
Hac vates certè parte ſuperſtes ero.
Vt bona poſteritas, & Candida cura Nepotum,
Par in amicitiá tale fuiſſe neget.
Tu licet è celſo dictes diſcenda, loco me
Adjuvet è longè deteriore ſequi.
Singulaq; ingenio ſollerte oracla notare,
Illius ut poßis tu quoq; Amore premi.
Et rata, non dubito, ſunt hæc per fata futura,
Omnia quæ votis cedere nota tuis.
Sic ego Taubmani, ſi non eſt carmine noſtro,
Nobilis in ſeclis omnibus auctor ero.
Atq́; aliquis, caſti qui relligioſus Amoris
Sacra colet, vulgi non temeranda manu.
Puri fontis aquam tumulis inverget amicis,
Hoc mihi par; dicens, molliter urna fore.
Exſiliet, quamvis æternâ in ſede quietis
Imperturbatis, mens mea, juncta Diis.
Temporis illius retractans gaudia, quæ te
Participem Curis ſepoſuere meis.
Dum levis in teneris victor flos veris adulti
Incipit inveſteis contemerare genas.
Spes mihi non hæc eſt plane irrita, quippe ſecundum
Auditus dextra ſternuit omen Amor.
Iamq; ſacer terræ ſe ſpiritus hoſtis in illud
Induit ætherei ſideris, ecce, decus!
Quam vellem in prima non deſtituiſſe juventâ,
Speſq; datas iſtâ creſcere poſſe viâ.
At voti alterius non exſuperanda refutat
Ingenium, demens Cura, mihi omne meum.

Nam

Nam quid agam? Dominæ immites florentis ocelli
Cernere ſubjectum terrea ſecla volunt.
Sive ales genij nubi me miſceat ardor;
Nubem illa extemplo disijcit, orta Dies.
Sive novi Solis me fax illuſtris in ora
Suadeat obſcuræ linquere noctis opus.
Nox mihi Amor mera ſit, oculosq; in luce natanteis,
Obruit adverſa morte, ſevera quies.
Saltim aliis manibus me uti in mea damna liceret,
Sic obiens propria lumina claudo manu.

ELEG. III.

HOc ne aliquis veterum numeros augere Deorum?
In terra voluit quis ſapiente coli?
Hei mihi, divino non eſt res nomine digna.
Quamlibet illa potens ſit, truculentus Amor.
Febrileis aras poſuit Mavortia Roma,
Ignotos coluit Attica terra Deos.
Vtraq; prætexens placata Numina larva
Thura tepent ſaxis, audijt ora Deos.
Quoq; die ſcelus hoc ſit crimine notius uno,
Quoq; magis colitur barbarus exit Amor.
Non me ſi Libycæ pater Ammon æquor arenæ
Duplicibus numeris exſuperare velit.
Perditus has ineam queis me coquit ardor in horas,
Vſq; novis Curis ſuggerit ille novas.
Atq; ut Fortunæ jam dedere colla ſerenti
Iuraq; concupiam cedere cuncta mea.
De ſubito adſulget quo, ceu terrore, remitti
Et videar magnas perdere velle minas.

Extemplo

Extemplo creſcunt animi, proprioq; revulſa
Vincula in auctoris nectere colla paro.
Ah dixi quoties: Obliviſcamur Amoris,
Oblito redeunt vota precesq; mihi.
Atq; illam, cujus regnum eſt conſumere cuncta,
Devoro ego Lethen peſtilitate novâ,
Hei cupio ingenij flammas exſtinguere; reſtant
Luminibus proprijs lumina ſæva mea.
Hac quoties itero, vel mollis Epiſtola præſto eſt,
Aut redit exilio ſpes miſerata domum.
Ocyus obijcitur, quo concertante lubeſcat
Ante tubam victas vincula ferre manus.
Tu mihi tantorum, Violantia, cauſſa malorúm,
Per te ego, cum morior, vivere poſſe puto.
Tu quoties teneros tunica mihi viſa movere,
Greſſibus in cunctis fax mihi pectus edit.
Sive loco viſa es gradibus conſiſtere fixis,
Hei decuit pulcrum talipedare pedem.
Viſa places nobis, in imagine viſa placere
Non tamen à nobis viſa, ut imago, potes.
Nulla mihi ipſa places, quod ſi mihi nulla placeres,
Unde habeat mentis tormina, tantus amor?
Cum levis u clauſos demanat ſomnus ocellos,
Et placido in tumulo membra ſepulta jacent.
Nil aliud video niſi te facilemq;, gravemq;,
Moribi adſpectus diſputat inq; tuis.
Hei quoties vox dulces, mea ſidera, luſus,
Nil aliud quam pro poſteritate, loqui.
Sæpè adeò memini jam me gravia arma ſonare,
Iam ſtrepit horribili pulpita tota quati.
Non etiam nullo mihi tempore grande cothurnus
Non etiam nunc nobile, ſoccus, opus,

Non etiam nullo timidum lyra reddere viſa
Deſeruit medio pollicem eburq; ſono.
Ridiculus quoties unum pede ferre cothurnum
Inceſsi auguſto, pallidus ora, gradu?
Oblito quoties ſoccum pes induit alter?
Indutum Lyrico non mihi ſyrma breve eſt.
Ite procul vates, & tu, mea Cura, per illos
Non habitu noſci deteriore, vale.
Quicquid eram quondam, novus auctor, Apolline nullo
Vix trahit in laceros languida dicta pedes.
Et capiti inſultat, ſævi præceptor Amoris,
Diſcipulum ſervi quam juga ferre grave eſt!
Quæ mea, Poſteritas, ſi quæ, mea, dicta notabis,
Invitiq; cupis frivola dicta legi.
Hoc tumulo inſculptum carmen ſervare memento,
Ut breve, ſic ævo vita reciſa meo eſt:
BARTHIUS *hâc urnâ tener ah, requieſcit, amator,*
Inſcius interijt nominis ille ſui.

ELEG. IV.

D*Um tu magnanimus ſpernis leve Numen Amoris*
Inq; tua verti vis ditione Deum.
Ah miſer! imperium fateor me agnoſcere magnum,
Sponte meum duro ſubdere colla jugo.
Olim ego qui parili generoſus in indole, dixi:
Molle genus: quiſquam fœminam amare poteſt!
Prodigium occurrens dubio mihi tramite amator,
Aethyopes viſi vilius omen erant.
Dij ſuperi, quiſnam ille ſimul pallensq; rubenſq;
Et madido & ſicco pectore vulnus alit?

Non

Non generis noſtri eſt, non nominis ille virilis,
Eſt mulier, vel ſi mollior eſſe poteſt.
Fœmineâ ſoboles Aegyptia venit ab orâ,
Naturam errantem ſemipuella refert.
Vix puer hæc dixi, ſingultu mœſtior, infit
Ridiculus quidam; Vindicat iſta Deus.
Audivi, & riſi nec me Clementia parva.
Improbitas nihil eſt magna morata Dei.
Non tamen elapſi plures ſunt quinq; diebus,
Veridicè dictum ſentio, peſte meâ.
Ex illo, quicquid magnæ mihi mentis & oris,
Exſulium juſſit prorſus abire Deus.
Nunc nihil in mentem nihil ora in mollia tracto
Induceni dignum ſemper Amore trahi.
Quàm metuo, exemplo ſi non perſuaſus ab iſto,
Deſiſtes ſævi ſpernere tela Dei,
Exemplum invitâ ne noſtrum mente ſequaris,
Inde alios moneas, ut moneo modo ego.
Si puer ille tibi pius eſt animiſq; doliſq;,
Hei faciem ut pretio vendidit ille gravi!
Lumina ſi obſcuro velat petulantia nimbo,
Si levia, ex humeris, omnia, pluma docet.
Certa ſagitta Deo, non indiget arte videntis,
Væ tibi, avis nido hæc ſi putet eſſe locum.
Avolet ut genitor natorum examina, Cura,
Mille ſub exſtructo germina poſte manent.
Si tibi formoſus nec ponderis ille videtur
Quo deceat fortem ſollicitante premi.
Tot vaga conducet tortorum nomina, Centum
Pectoribus cunctis non ſatis eſſe queas.
Forma malum ardenti eſt, ceu Sal diſperſus in ignes,
Forma ita flagrantis per levia ora ſalit.

Obvia

Obvia nox falli? tegit ille tenebrio centum
Falsò oculos; Argo certius iſte videt.
Dij faciant reliquum mox experiare; lubenter
Concedes quicquid credere poſſe negas.
Plura etiam dictis: nam quis tam fortia facta
Totq; queat numero claudere monſtra brevi?
Quottidie novus eſt, & ſi fraudesq; dolosq;
Evitas hodie cras capiere tamen.
Semper diſcipulis illi ſchola aperta docendis,
Diſcipulûm queſtus molle Minerval habent.
Erudies damnis; quicquid neſcire fateris
Non una diſces dexteritate loqui.
Carmina dictabit ſi non potis, ipſe canenda,
Suppeditant factis pluria dicta Deo.
Nil opus ingenio eſt, Dominæ ſi conſpicis ora,
Sive etiam nullus conſpicis, acre tuum eſt.
Docta quid excuſas vatum myſteria nolle
In ſacros greſſum te penetrare choros?
Ille Deus Phœbo major majorq; Minerva,
Infantem argutum rite docebit epos.
Extemplo rerum nova ſurget ad æthera, cantu,
Ingenio, moles, ædificata tuo.
Heic genium invenies magnum terræq; marisq;
Oceanam innumero piſce natabis aquam.
Stellæ aderunt, quales, Chariteia munera, Hyellæ
Invidiam Latio Belgia caſta canit.
Qualibus Ida potens, ſervatæ conſcia Leydæ,
Subjecit pedibus Duſica colla ſuis.
Aut numeros vatum cuncto complevit ab ævo,
Roſſa cui ingenium non juvenile dedit.
Iamq; aderunt fontes queis ora arentia centum
Mortibus exoptes tinguere poſſe ſemel.

Pulcri

Pulcri aderunt flores, & purpura grata pudore,
Hei miſeris etiam vulnera cruda placent.
His oculis, his illa genis, hoc ore, volentem
Quottidiè occidet. Pœna erit illa levis.
Quottidiè pariet, hæc præmia amara putabis,
Vitaq; deterior morte futura tibi eſt.
Sunt folia hæc, vento temerè bacchante revulſa,
Sæpè etiam indignis quæ dedit alba dies.
At fructus, quoq; eſt generoſior omnibus illis,
Hoc etiam ſtudio tecta priore, Roſa.
Non niſi legitimo veniunt potiunda labore,
Excludis fures falce, Priape, feros.
Fructibus è lepidis lepidiſſima poma reſulgent,
Alcinoi finxit qualia fama vetus.
Arboribus geminis altè conniſa refulgent,
O felix cui vel tangere poma datur.
Hactenus hæc, ultrà ſi quid tentabis amator,
Conjugij res eſt illa futura pij.
Lædere vel furto tædas temerare maritas
Non ſinit, ut petulans ſit reliqua, ipſe Deus.

ELEG. V.

QVod via ab infeſtis ſit hoſtibus invia, quâ te
Lux mea, poſt ſpacium cernere grande queā.
Rumor ait nobis: qui, ſeu veracior ille eſt,
Seu vice qui verſâ vanus adeſſe ſolet.
Vnica veſtra manu me condita littera nota
Per medios hoſteis in loca veſtra trahet.
Inſidias quiſquis, quiſquis moliris in armis
Exitium, infeſtus clamve palamve mihi.

Mille dolos totidem tu fraudibus obtege ſanctè,
Tu quatias centum plumbea tela globis.
Quamprimum veniam fortis heic dextra jacebit
Effugient aliâ frausq; dolusq; viâ.
Me Veneris tutum concinnant ſcilicet arteis,
Quæ quondam exitium, nunc mihi vita Dea eſt.
Quiſquis es, Aemonij furias imiteris Achillei,
Dulichij ſuperes corda doloſa ſenis.
Conſilio Neſtor, Virtutis nomine, rapto
Græcia quo Trojæ funera traxit equo.
Illicet ut noſtris aciem rutilare ſub armis
Et medium in turbâ videris ire Deum.
Quaſſantẽ pharetras, faculâ armatum atq; ſagittâ
Nudaq; vertentem corpora mille modis.
Projectâ, ſi ſancta Dei Clementia malit,
Succedes parma ſub fera ſigna mea.
Sin furor immiti eſt, te per cruciamina mille
Differet exoriens occiduusq; dies.
Nec fuga de Pœnis ulla eximet, ulla nec hora
Dulce dabit pauſæ vel meminiſſe brevis,
Me Venus & Veneris puer, hæc amat, alter amantẽ
In tenero geſtat, mater amica, ſinu.
Quicquid amo lepidũ eſt: nec me Charitëia triga eſt
Quo cum ſe oblectet, charius apta caput.
Mollibus in Paphij nemoris me Diva roſetis.
Mater, Acidalio gramine paſcit Amor.
Gramine cui cedunt Roſa, Cinnama, Balſama, Amomum.
Me Charites manibus per ſua regna vehunt.
Solus ego è cunctis felix perhibebor amator,
Exemplo cupiet quiſq; perire meo.
Me, mea lux, oculis, Violantia, vidit amicis,
Scriptaq; clementi littera miſſa manu eſt.

Quid

Quid lepidum me uno potis es mage dicere? vel quem
Fortunæ porro compoſuiſſe meæ?
Triſticia, adſectæ cruciatrix invida mentis,
Quiq; meum adflixti pectus, amare dolor.
Mille vagæ Curæ, cruce quæ mea pectora acuta
Torſiſtis, cæco lumine, nocte meræ.
Tuq; vocata mihi quotiens lacrymæ ora ſinebant
Solvere, deſletis arida tota genis.
Mors, mihi ſæva Vale; non eſt nunc tempus adeſſe,
Nuncius accerſet te mihi, ſi qua volo.
Nil modo vobiſcum Pœnæ mihi; vivere lætum eſt,
Aethereis noſtra eſt proxima vita Dijs.
Iuppiter Idæo ſic vertice creditus olim
Cum Iunone ſua vivere, Homere, tibi.
Caſta ſed hæc noſtra eſt, numerandaq; vita ſub illis
Numinis ante aram quas pia vota iubent.
Serviat, atq; jugum domini experiatur Amoris
Inceſtè juvenis ſi quis amabit Eques.
Sunt nihili ſancto qui nomina dira puello,
(Ah nimis expertes vero in Amore boni,)
Impoſuére olim, proprio de more, Poetæ.
Prætexunt culpis Numina caſta ſuis.
Diſcite quid ſit Amor: ne vos, dum quæritis illum
Numinis obtentu fallere Pœna queat.

ELEG. VI.

HEi mihi qui luſu divi crudelia Iura
Exitio leſi condita Iura meo.
Liber eram, & collo quoties juga dura ferebam,
Non onus, hujus eram ſed vice, noſtra ſeca.

Quam vellem joca nunc, nec ſub juga dura vel ultrò
Invitum vellem depoſuiſſe caput.
Culpa mea eſt, fateor: quid enim eſt niſi inane fateri!
Omnibus amiſſis res ea ſola manet.
Hei Crudelis Amor, cur ſuavia nomina geſtas?
Nomina ſunt factis invidioſa tuis.
Dulce quid effatu es, ſed quo nil durius uſquam
Pectora amaritie deijcit alta nova.
Ipſe quidem ante alios Muſarum in caſta vireta
Spernebam manibus fulmina jacta tuis.
Et quoties morbus penetraverat ora ſodalis,
Apta nimis noſtris ora probata jocis.
Ilicet egregio frangebam cuncta tumore:
Et mihi, dicebam, hæc cauſſa timoris erit?
Ante, mari exhauſto, dominetur in æquore Phœbus,
Neptunum medio Signifer orbe ferat.
Telluris gremium fœtu pater impleat Orcus,
Sole ſub occaſu concitet Eurus aquas.
Quam queat hoc animo dominum ſe ſiſtere, vecors,
Ridiculus pennis cum pharetraq; puer.
Ah quum nunc animi ceciderunt robora magni!
Confeſſusq; ſuo mergitur ore Tumor.
Grande profeſſuræ deſunt ſua fulmina linguæ,
Quiq; olim fluvius nunc malè rivus, obit.
Dextera vix calamo vix mens modo planctibus apta eſt
Queis decet in Phœbi fortiter ire choros.
Atq; utinam viſa hæc vel non mihi forma fuiſſet,
Vel poſſem hanc animi porrò movere ſinu.
Telaq; queis fixit parvi Violentia divi,
Sed malè; Mens animi eſt hoſpes iniqua ſui.
Spiritus imbellis, quondam liberrimus altum
Nolle jugo quoiquam ſuppoſuiſſe caput.

Sed

Sed tu tolle volens onus hoc, deceptus amator,
Nolenti duplex provenit inde labor.

ELEG. VII.

SI me Sævus amor caſtris dimitteret illis,
In quibus hoc nox eſt quod vocat hora diem.
Grandia nunc primum ſubeant tentoria Muſæ,
Et rapidum multo ſanguine Martis opus.
Antè alios, princeps Naſſovi ſtemmatis Heros
Innumeris numeris fortia geſta daret.
Hinc fuga per campos Batavi non mitis Iberi,
Hinc ruber æquorea cæde triumphus eat.
Vrbibus à captis caput altum clara corona
Ambiret, qualis Mater Idæa Deum eſt.
Ipſe acie in media ſpargens vaga fulmina dextra
Mauritius, patriæ ſpesq; ſalusq; ſuæ,
Per Spanas lato procedere limite turmas,
Egregia vitam vendere morte velit.
Cuſtodes Aquilas in libertate videres
Fulminibus famulas nidificare Iovis.
Nec Veneti patres, neq; tu, Vrbs, Romæ æmula magnæ,
Indictum poſſes carmine habere decus.
Nec, Patriæ Pater, Auſtriaci lux dia RODOLPHUS
Sanguinis, æternos maximus inter avos.
Quo caput in terris non eſſe potentius ullum
Sors voluit felix & favor ipſe Deûm.
Nollet in hos faciles ſolio deſcendere verſus,
Quo ſedet à ſuperis Gloria prima Choris.
Turcica mugitu ſpectares agmina magno
Flectere pugnaceis ſub juga victa manus.

Ipſum Aſiæ Regem vice ſupplicis ire, paventi
Pacem unam noſtros ore rogare Deos.
Singula quæ armato vatis ſpectanda cothurno
Laſſarent noſtros per juga celſa pedes.
At ſimul & Pacis & Militiæ orgia ferre
Non ſinit humanæ conditionis opus.
Militia in caſtris pacati fungar Amoris,
Mars alium quæras; miles Amoris ego.
Quàm cupiam Phœbi: ſed & hunc Deus abjicit iſte,
Illum difficile eſt deſerere, huncq; ſequi.
Et memini invito juga rumpere mollia collo,
Liberaq; in campi ſpernere Iura ſolo.
Spectatum redij, quod ſi ſpectare noſebit
Hei mihi quid faciet ſigna ſequi ipſa Deus?
Spectatum ut redij, Violantilla, obvia facta,
Injecit capiti ferrea clauſtra meo.
Parce puer ſtimulis jam jam tibi ſervio totus,
Libertas nobis illa paterna vale.
In dextra eſt gladius, fax pectoris intima munit,
Læva regit clypeum, cingitur enſe latus.
Stat galea in capite & criſtata incendia volvit,
Ferrea per totum lamina corpus abit:
Ipſe fui quondam, parmæ cui Candidus umbo,
Nunc mihi dant pictum fortia facta decus.
At tu, ſæve puer, conantem ingentia, tolle,
Altus ego veſtro dignus honore ferar.
Militis officium ſperno; ducis appeto nomen,
Signa meis humeris quàm bene magna ſedent!

ELEG. VIII.

LVx mea mî perijt, hoſti mea lumina cernunt,
 Orbus ego alterius cum Ratione furo.
Quæ mihi pacta fidem eſt alijs modo ſecubat armis,
 Mî, deſiderium nil niſi triſte, ſuper.
Hoc erat, infelix, Curam ſperare fidelem,
 Ludit, ubi ludit vota precantis, Amor.
Iuſq; fidemq; abicit; petulantia juſq; fideſq; eſt,
 Hei mihi quam iſtud me poſſe docere grave eſt!
Me docuêre alij, ſed non ego credulus illis,
 Cum ratis everſa eſt ducere vela volo.
Ite pij nautæ ventis vaga credite vela,
 Si Boreas ſervat, diripit illa Notus.
Quiſquis amat, pelago incertos componat Amores,
 Naufragium in quovis littore patrat Amor,
Aſt ego præ cunctis fido ludebar ab æſtu,
 Nil fallax merui nil quoq; ferre puto.
Suavibus enumerans pendentia vota diebus
 Sic heri erant, dixi, talia cras quoq; erunt.
Nulla dies ſtabilem ſpe fruſtrabatur amorem,
 Hactenus: at verſa nunc rate ventus agit.
Ventus agit dubium, reſtat maris unda ſaluti,
 Membraq; letali frigore victa rapit.
Non facit officium pedis inconſtantia nando,
 Cum pede quondam agiles obſtupuere manus.
Iam ferus adſcendit fluctu caput horror aperto,
 Iam dolus inſidi verſat agitq; freti,
Mirum adeo hoc magis eſt, ab aqua perijſſe timentē
 Opprimit arenti ſqualida fauce ſitis.
Ipſe ita nunc pereo, vox eſt ſuprema querentis,
 Funus ut ad proprium ſe canit albus olor.

Ipſum Aſiæ Regem vice ſupplicis ire, paventi
Pacem unam noſtros ore rogare Deos.
Singula quæ armato vatis ſpectanda cothurno
Laſſarent noſtros per juga celſa pedes.
At ſimul & Pacis & Militiæ orgia ferre
Non ſinit humanæ conditionis opus.
Militiæ in caſtris pacati fungar Amoris,
Mars alium quæras; miles Amoris ego.
Quàm cupiam Phœbi: ſed & hunc Deus abjicit iſte,
Illum difficile eſt deſerere, huncq; ſequi.
Et memini invito juga rumpere mollia collo,
Liberaq; in campi ſpernere Iura ſolo.
Spectatum redij, quod ſi ſpectare noscebit
Hei mihi quid faciet ſigna ſequi ipſa Deo?
Spectatum ut redij, Violantilla, obvia facta,
Injecit capiti ferrea clauſtra meo.
Parce puer ſtimulis jam jam tibi ſervio totus,
Libertas nobis illa paterna vale.
In dextra eſt gladius, fax pectoris intima munit,
Læva regit clypeum, cingitur enſe latus.
Stat galea in capite & criſtata incendia volvit,
Ferrea per totum lamina corpus abit.
Ipſe fui quondam, parmæ cui Candidus umbo,
Nunc mihi dant pictum fortia facta decus.
At tu, ſæve puer, conantem ingentia, tolle,
Altus ego veſtro dignus honore ferar.
Militis officium ſperno; ducis appeto nomen,
Signa meis humeris quàm bene magna ſedent!

ELEG. VIII.

LUx mea mî periit, hoſtis mea lumina cernunt,
Orbus ego alterius cum Ratione furo.
Quæ mihi pacta fidem eſt aliis modo ſecubat armis,
Mî, deſiderium nil niſi triſte, ſuper.
Hoc erat, infelix, Curam ſperare fidelem,
Ludit, ubi ludit vota precantis Amor.
Iusq; fidemq; abicit; petulantia jusq; fidesq; eſt,
Hei mihi quam iſtud me poſſe docere grave eſt!
Me docuêre alij, ſed non ego creduius illis,
Cum ratis everſa eſt ducere vela volo.
Ite pij nautæ ventis vaga credite vela,
Si Boreas ſervat, diripit illa Notus.
Quiſquis amat, pelago incertos componat Amores,
Naufragium in quovis littore patrat Amor.
Aſt ego præ cunctis ſido ludebar ab æſtu,
Nil fallax merui nil quoq; ferre puto.
Suavibus enumerans pendentia vota diebus
Sic heri erant, dixi, talia cras quoq; erunt.
Nulla dies ſtabilem ſpe fruſtrabatur amorem,
Hactenus: at verſa nunc rate ventus agit.
Ventus agit dubium, reſtat maris unda ſaluti,
Membraq; letali frigore victa rapit.
Non facit officium pedis inconſtantia nando,
Cum pede quondam agiles obſtupuêre manus.
Iam ferus adſcendit fluctu caput horror aperto,
Iam dolus inſidi verſat agitq; freti,
Mirum adeo hoc magis eſt, ab aqua periiſſe timentē
Opprimit arenti ſqualida fauce ſitis.
Ipſe ita nunc pereo, vox eſt ſuprema querentis,
Funus ut ad proprium ſe canit albus olor.

Nunc vaſer inſeſſor, fideiq; nitentis adulter,
Numina cui fas eſt ſpernere ſancta Deûm,
Regnat & ejecti vi capta Palatia victor
Poſſidet, ah nimia huic copia obeſſe poteſt.
Copia: ſed qualiscunq; excuſabilis ille eſt,
Felicem quis ſe, cum queat eſſe, neget?
Tu mala fax animi, quondam lux dicta furenti,
I procul ex animo, perfida Cura, meo.
Me fidi docuêre Patres conſtanter amare,
Dum redeat nobis quo datur orbe, Fides.
Cætera te ſpernam, nec dignam cætera ducam
Quæ mea vel nunc ſis vel mea dicta prius.
I, mihi quam ſervas, illa Pietate fruare,
Nemo Deûm Nemeſi juſtior iſta videt.

ELEG. IX.

FInis Amoris habet tamdem exorabile numen,
Cultaq; pro magnis crimina noſtra Dijs.
Quod ſupereſt, veluti tenui in caliginis umbra,
Sole abeunte manet poſthuma ſæpè dies.
Pectoris in mundo, quamvis abſceſſerit ipſe,
Vnde tamen maneat ſigna reliquit, Amor.
Alterius fuit ut noſtrorum ſumma potitus
Vota, triumfati transveheretur equo:
Atq; equidem media vehat in Capitolia pompa,
Inſerat & gremio laurea ſerta Iovis.
Fata juvent alium, non me perijſſe neceſſe eſt,
Lautior ut vita floreat iſte mea.
Suavior ut Somnus fugienti nocte relictus,
Eroſeo dulces ſuggerit ore choros.

Præ quibus ingentem nolis deſtertere noctem,
Qua jacet in ſeſe tota ſepulta quies.
Nox mihi crudelis, nox barbara ducta Dearum,
Viribus exhauſtus quam jacui ipſe meis.
Dulce venit placido componere membra ſopore,
Aurora, & roſeis ſidera inaurat equis.
Iam demum amiſſos videor reprehendere ſenſus,
Et novus è tumulo ſurgere poſſe meo.
Salve ſancta dies, lux deſperata videri,
Lumina feſtivo noſtra nitore ſubi.
Iam toti eripiam Mundo Phaetontia tela,
Inveniet noſtro machina Sole diem.
Triſte quidem adſueta tenebrarum è nube redire,
Atq; animo ſomnos depoſuiſſe gravi.
Triſtius hoc tamen eſt alieno cedere juri,
Quod tibi longa in te donat habere dies.
Et morbi ægrotis & cæco nox ſua grata eſt,
Sæpe juvat dubios non tenuiſſe pedes.
Siquidem Amor flammas uſto probat, inq; dolore
Ingenti partem melius Amator habet.
Aſt fera cum nobis opponunt fata; neceſſum eſt
Quod facere, hoc videar velle; ſerenus agam.
Si volumus, durum eſt placita diſcedere flamma,
Non volumus? multo durior iſta lues.
Hæc lex propoſita eſt, ducive trahive, manere
Non datur; eſt duci mollius, ergo ſequar.
Omnibus adſueſces paullatim rebus in uſu,
Sint duræ in ſpeciem quamlibet ante tibi.
Temporis acceſſu miteſcunt ſaxea poma,
Gutta cavat crebrò, marmora magna, cadens.
Quicquid amas odiſſe putes quandoq; neceſſum,
Sic pereas ut te vivere velle putes.

Digitized by Google

Illa mihi ante omneis caſto cum corde Neæra,
Eſt mihi vix ſpebus vilior apta meis.
Vilis habenda tamen, corde expellenda potito eſt,
Poſtquam alium voluit præpoſuiſſe mihi.
Vt ſtimulo infeſto contra mea jura repugnem,
Vt læſi superûm crimen in ora feram.
Non ideo fient verſim, aut jam facta recedent.
Non, deſiderio tabeam ut ipſe meo.
Aut durum in ſilicem aut undæ molliſsima cedam,
Deniq; fiam ipſi flamma rogusq; mihi.
Libertas igitur quæratur amabilis illa,
Quæ potis, invitâ ſorte, quiete frui.
Se dominam agnoſcens ſolam adfectusq; ſuiq;
Pectoris, externis inviolata malis.
Per me, Chare, licet habeas, ſemperq; fruaris,
Non mihi, quod potui perdere, ritè fuit.
Hoc etiam nunc eſt & dein ſine fine futurum eſt
Perdere quod numqũam, ni cupiam ipſe, queo.
Stultus ego hoc umquam, quod ſenſim cedere norã,
Dilexi, æternùm poſſe meum eſſe putans.
Vt ſi animum inducam quid dilexiſſe bonorum
Alterius domini quod ſciam ineſſe manu.
Si dabit oranti, grateis pro munere dicam,
Inq; meis numerem tradita dona bonis.
Sin dare vel renuat, vel verbis paſcat amantem,
Lugeam, & inſano dira labore canam?
Non noſtrum eſt hujus quid libera velle voluntas
Nolle eadem poßit, ſcribere velle modum.
Fata regunt orbem: placet hæc mihi? fata precabor,
Dent mihi, ſi res eſt apta futura tamen.
Dant? grato acceptum ſubſcribam pectore munus;
Non dant? judicio ſunt graviora meo.

Extorquere etiam, queſtu flagrante, laborem?
Inq; mala eluſo carmina Amore ferar?
Non puto, ſi ſapiam, nihil impetrabile contra eſt,
Diſponunt tamen hæc ordine fata ſuo.
Invideam huic, ob quẽ nobis mala nata repulſa eſt?
Adverſer ſpebus ſedulitate meis.
Ipſe mihi inſultem & furiarum me vice ſævis
Excruciem flagris, anguicomáq; manu.
Quin habeat, forſan me dignior ille tenere eſt,
Aut tenet in Pœnam Præmia noſtra ſuam.
Sic habeat quicunq; mei ſucceſſor Amoris,
Iratum felix me ſibi habere putat.
Quo potitur, fateor, quondam conſtanter amavi,
Nec fuit in ſummis caſtior ullus Amor.
Non volui tamen extremo cum fine potiri
Eſt Ratio in promtu: non potui: exit Amor.

ELEG. X.

SI benè cum ſuperis vivis felicibus, eſt cur
Ipſe quoq; in lætos dem pia thura focos.
Quippe ſalute tuâ pendet mea vita, Neæra
Cenſetur morbo mors mihi noſtra tuo.
Quæ mi here de tabulâ legiſti irata ſavente
Omnia dicta meo corde ſepulta jacent.
Et tamen invitâ ſenſi maledicere linguâ,
Nempe ſupercilio vix retinente modum.
Vnda ſuperpoſito vitri velut orbe tremiſcit,
Et falsò tactis æmula prodit aquis.
Talis compoſitâ levitas gravitate fatetur
Fœmineis bilem ſemper abeſſe nimis.

Grandia ſubducto tonet in convicia vultu,
Et lacrymis victi ſigna doloris agat,
Verbera quin etiam manuum meditetur utraq;,
Eſt aliquid quod ſe deficere ipſa ſinat.
Cauſſa mali dicti cum non ſit, cauſſa dolori eſt,
Suavibus invitus proditur ille minis.
Et quoties dictū eſt ſuge peſſime: ſyllaba promta eſt
Quæ dicat ſera ſtrenua voce, redi.
Arma manu quoties tenera cecidiſſe repertum eſt,
In medio placuit Mars ſibi Pace nihil.
Et doluit verò ſi quæ, doluiſſe dolebat,
Vincitur adfectus, ſe dominante, levis.
Hoc volui ne me neſcires ſcire, Neæra,
Quem libet iratam te ſimulare voles.
Non potero neſcire meam: Sic jurgia mitte,
Nolens ſive volens ſera levisq;, mea es.

ELEG. XI.

VErba puellarum foliis leviora caducis,
Et modo quæ vento eſt arida victa cinis,
Ut quæq; eſt formoſa magis, ſic uberat aſtu,
Et capit & captos non ſinit ire manu.
Nec tangunt ſuperos facilis perjuria ſexus,
Verba nec, inſtabili præcipitata Noto.
Quicquid amans cupiet, cupiet dixiſſe puella
Hujus in obſequium tota parata loqui eſt.
Candida ſi lacrymis teſtabitur orſa, placere
Ne nequeat, lacrymas, cum libet, illa movet.
Iratum cum ſe tumido feret hepate Amator
Illa in fermento torva repente jacet.

Rideat

Rideat, arridet, doleat, ſimul illa dolebit
Quin ſimul & læta & triſtis adeſſe poteſt.
Nulla manum docti ſequitur tam cera parata
Mentoris, adfectus quam levis illa viri.
Oſcula ſi rapies, jures læſam eſſe per illa,
Si cedas, ultro fortior illa cupit.
Omnia qui, Protheus, monſtra adſimilator inibat,
Si fuit in vita, viva puella fuit.
Ille tamen cecinit vinclis, ventura, ſubactus,
Nulla umquam adverſo victa puella viro eſt.
Sæpè quidem indulſit ridendo præmia Marti,
Cum quaſi de victa pompa parata, Venus.
At quoties voluit, ſervo juga herilia collo
Ille triumphali trux gravitate, tulit.
Aeſtus in incerta pelagi furit improbus unda,
Mobilior longe eſt, ſi qua puella placet.
Denſa ſeges levibus ventorum fluctuat alis,
Et capita, arenti corpore, magna movet.
Rex avium, Iovis in terras qui fulmina portat,
Ante Eurum celeri tranſnat at alta fuga.
Sollicitæ mentis velox diſcurrit acumen.
Vnaq; per centum tempora ſenſa rapit.
Sola magis ponti res eſt incerta quiete,
Et levior multis, una puella, Notis.
Quot cupit in prōtu tot habet mala pectora, linguas
In quovis cum volt alba colore ſibi eſt.
Nulla fidem ſervat, nulli perjuria conſtant,
Omnia cum numerent non tamen iſta tenēt.
Singula quæ nobis non Vatum more canuntur,
Certa ſubeſt dictis, per mea damna, fides.
Atq; utinam mihimet liceat me fallere, ſurdus
Auribus invitis ſingula facta premam.

Aſt nimio ſcitis conſtat ſua Regula noſtris,
Vellem ea ſit miſero Lesbia facta mihi.
Nil ſupereſt à quo deludar caſtus Amator,
Conſumſit pœnas Tiſiphonæa ſuas.
In caput adſcendo? ſupereſt nihil indolis altæ.
Conſilij toto pectore friget Honos.
Roboris enerves nihil ultrà ſuſtinet artus,
Loraq; ſunt multis humida membra ab aquis.
Vix potui tantum præmi ſperare beatus,
Quantum infelici Pœna doloris habet.
O fugite inſanæ, pueri, primordia flammæ,
Hæc ſubter ſerpens gramina dira latet.
Dum fortunatus fugiatur Amaror amandi
Enecat, in quemquam cum mera jura capit.

ELEG. XII.

RVſtica gens comto quid magnū oppedis Amori,
Et rigido jactas barbara verba ſono?
Crede mihi, non eſt lepidis res apta puellis
Si quis Milonis robore membra gerit.
Ille licet totas radice evellere quercus,
Amplaq; per poterat ferre theatra bovem.
Quercinus audierit, magni vel roboro Tauri,
Titormo fuerit, Herculeoq; prior.
Cum ventum ad noſtræ certamina dura palæſtræ,
Quæ ſtruit in molli pulvere, comtus Amor,
Ille animum ingentem preſſis cervicibus ibit
Fractus, & in populo tam malè nullus erit.
An fractus ſubito es tibi fabula ad Herculis acta?
Ille tamen raptum transfuga clamat Hylan.

Quoq;

Quóq; novem cœlos feſſo portavit Atlante,
Omphalæ haud dubitat ſuppoſuiſſe caput.
Nil aliud fructus referes, qui durus amanti es,
Quam ſine judicio poſſe perire tuo.
Hoc miſeris, juſſo qui flectimus ordine colla,
Et facile excipimus fronte lubente jugum.
Hoc, inquam, melior ſors noſtra, ſuperſtite ſenſu
Fallimur, ah noſtræ conſcia turba necis.
Vos prius ac ſentitis, habet via flebilis Orci,
Ingenio peryt machina noſtra ſuo.
Quiſquis amat lautè, ſeq; admiratur in illo
Poſt mortem in numeros hunc, Amor, adde tuos.
Et facis, & facies, & factum eſt ante, Poetas
Sic habet in Latio Teutonis ora ſacros.
Quid blandum-queruli reſtaret ab ore Tibulli
Si caperet mortis ſpicula, Muſa potens?
Illa etiam vivis æquat lamenta PropertI,
Cujus amat genium trans mare nata Venus.
Quid memorem infelix OvidI fatumq; laremq;?
Ille tamen mediâ nunc canit urbe ſenex.
Quis Iuvenem ante diem Belgas tumulaſſe ſecundū
Credit, ubi toto vivere in orbe videt?
Carmina quæ Roſſæ ſacer accinit Heinſius, olim
Cum Sole & Luna fata perire ſinent.
BAUDIUS *ex Orco reducem te ſiſtit, Horati,*
Blanda ciens veſtra nablia pulſa manu.
Illum eadem tecum cœli nox auferet aſtris,
Cauſſarum in nihilum cui cadet ordo triplex.
Noſtrum etiam, ſi qua eſt caſtis data Gratia Muſis,
Aut umquam virtus digna decore ſuo,
TAUBMANUM *indigetem celebrabunt ſecula vatum*
Dum Veneris currum blanda Columba trahet.

Ille

Ille, Deam propter, caſtos meditatur Amores.
Dum ſinit ætatis ver juvenile ſequi.
Mox Dominum in templo dios decantat Honoreis,
Utraq; perpetuis carmina digna Deis.
Secula quæ poſthæc incertus digeret ordo,
Omnia ſervitio dat bona Parca tuo.
Canduduli vatis, Friderice, virilis imago,
Cui Modus & Nervi, cui Venus alma favet.
Plura velim in laudeis Franci procudere vatis,
Carmina in Genio ſint mea fracta tuo.

ELEG. XIII.

INter tres nuper ſedi conviva puellas
In medio quarum noſtra Neæra fuit.
Pæne mihi totum quæ non conſpecta per annum,
Debebat oculis gratior eſſe meis.
Prima fuit, vetus ignis, at alto in corde ſepultus,
De quo, vera loquar, ſemina nulla ſuper.
Tertia erat ſoror hujus, at haud par forma ſorori,
Fuſca, procax, annis & levitate decens.
Audite ô cæci caſum pereuntis amanteis,
Rapta mihi e medio pectore Vita mea eſt.
Quippe, velut formæ res quotidiana fuiſſet,
Pæne oculis non eſt digna reperta meis.
Quos olim quovis deducere viſa ſolebat,
Tædia nunc formæ vix ſua ferre ſinit.
Nec potuit veteris me forma apprendere Vitæ,
Iure aliquo huc iſſet perfidioſus Amor.
Verum hæc ante omnes quamvis pulcerrima forma eſt,
Non potuit blanda me retinere manu.

At

At ſoror infelix, quá non petulantior ulla eſt,
Sed nimium auſtera pro gravitate procax.
Illa meæ Vitæ ſubitos ſucceſſit in igneis,
Vnam hanc ſuſpirat quærquerus iſte calor.
Verum animi pendens, nec adhuc ad certa paratus,
Hærebam votis hoſpes in ipſe meis.
Aura, ita nomen habet, cum ſe feſtina ſodali
Subducit, pedibus lentior ille ſequi.
Ipſe puellareis ſprevi, male-ſedulus, arteis,
Ah pereat qui ſic officioſus homo eſt.
Vt ſequor, effugit Aura, rapacibus æmula ventis,
Atriaq; in medijs ædibus ampla ſubit.
In medio quorum ſtabat fucata Columna,
Quinq; pedes toto circite lata patens.
Hanc circum illa volans, ſequitur jam jamq; tenentem,
Donec longinquo victa labore mihi eſt.
Vt victam apprendi, lacrymis irata fluebat,
Fons quibus Ambroſiæ ſuavior eſſe nequit.
Suaviolum impreſſi, facta eſt iratior illo,
Bis tetuli, incaſſum tertia furta cadunt.
Suaviolis tribus icta obmutuit illa repentè,
Et cecidit gremio dulce tenentis onus.
Torva aderat Charme, conantem plurima tollens,
Virgineum jubet hac molliter ire torum.
Ante fores aderam, quæſta eſt mala plurima de me,
Sic tamen ut nollet ſpernere dicta bona.
Irrupi thalamum; dixit, ridere parata,
Ni lacrymis oculus torvus uterq; fluat,
Ah procul hunc thalamo, procul hunc arcete pudico
Virgineis non eſt tutus in ille toris.
Ora puellari morbo dubitare videbam,
Sprevi inopes fletus, & maledicta pia.

Acceſsi propius, vellet neſcire, rogavi,
Oblitum jurans me mea cuncta mala.
Multa quid adjiciam, de dura ſacta mihi apta eſt,
Abſtulit hæc vitæ munera cuncta meæ.

ELEG. XIV.

CRas equitum in turmâ medius, deducere pergā
In thalamum è veſtro nomina pacta choro.
Virginitas ſervata vale, dat flammea Cajæ
Pronuba, dat Cajo cum face jura viri.
Quamprimum veniet roſeis aurora quadrigis,
Et fugiet ſero Lucifer ore diem.
Ala equitum, pictis ornati tempora plumis,
Ibimus in pompam, Nymfa parata, tuam.
Vita mea in media, viſo me, ſiſte plateâ,
Hac iter ad veſtræ eſt dulcia regna domûs.
Pacta viro in thalamum, me principe, ducitur uxor;
Quam vellem non me principe, pacta tamen.
Cras Equitum in medio cunctis ſpectabilis ibo,
In Iuvene ardebit quæq; puella ſacro.
Mollibus à venti coma luſibus incita ſaltu
Circum colla mihi geſtiet alba levi.
Cæſarie effuſâ bene reſpondebit amictus
Verſicolor, roſeis ſparſus ubiq; notis.
Cæruleq; involvens flavis ſubtemina filis
Quali picta modo caſsis avita mihi eſt.
Sericus ex humero fluctus deſcendet utroq;,
Et gladium auratum, candidus ipſe geret.
Criſta caput ſummum vario vaga tollet honore,
Non plureis, nec huic unus ubiq; color.

Qualis

Qualis ab adverſi radiis Phaëtontis amictus
Splendet & attractis ludit in arcus aquis.
Nec ſonipes domini formam neſcire putandus,
Molliter ad frænum flectere colla volet.
Strata modo alterno pulſans pede victa viarum,
Nunc celer aſſultu tollere utrumq; ſimul.
Qua datur ad natum ſeſe ſuſtollere virgæ,
Et Genium juſſis anticipare viri.
Hæc mihi cuncta meo de ſpectabuntur honore
Obvia ſi in populo ſit mihi vita mea.
Verum ea ſi lateat multum quæſita, Neæræ
Dux ego, quære alium pronuba pompa ducem.

ELEG. XV.

UT primum tetigit Vulcani barbara florem,
Tæda, repercuſſo ſæpius igne ſonat.
Verum eadem cum jam cœpit miteſcere flammâ,
Clara flagrat, nec tot ſcintillibus icta ſalit.
Talis amor, grandi primum furit efferus oeſtro,
Stridula de pharetra tela ſonante vomens.
At cum lenta lues Ratione tenetur herili,
Et tandem flammis libera cauſſa data eſt,
Subſidit Pallor, fugiunt luctusq; querelæq;,
Et ſuccincta gravi Cura Pudore ſui.
Nec non ſpes anceps atq; inſidioſa Voluptas,
Et timor, & quicquid cogit amare rudem.
Tum puer apparet qualis puer eſſe putatur,
Plumbea in armatos tela ciere viros.
Pro pharetra eſt Radius liquido de Sole refulgens,
In ſpeculo quali fulgurat ore liquor.

Digitized by Google

Qualis in oppleto ſe ſæva Canicula monſtrat
Simpuvio pueris, & rudia ora fugit.
Qui face quaſſanti modo cœlum incendere viſus,
Et Stygios flammis vincere poſſe lacus.
Nunc Schyta conſutis apparet pellibus, atq;
Maſtrucam jaculis oppoſuiſſe ferox.
Serpit humi exſanguis, caſis miſerabilis alis,
Et nil jam retinet de genitrice ſuâ.

ELEG. XVI.

EXuimus tamdem domini crudelis inane
Imperium, non jam mi Deus audit Amor.
Vincula conſuetus noſtro ſervilia collo
Nectere, ferratis uritur ipſe rotis.
Et niveo jactans aurata monilia ab armo
Diſcit delicias poſſe timere ſuas.
Liber ego auguſto frango juga mollia curru,
Et ſtimulo tardam ſector Amoris avem,
Ipſe quod ante habuit ſentit decreſcere Numen,
Et ſatis eſt pueri nomen habere Deo.
Sic eat à Sophiæ ſi quis divellere cultu
Ad molleis ſtudeat, Muſica labra, ſonos.
Vincla triumfali ſperans connectere curru,
Vertice jam proprio flebile torquet onus.
Qui niveis in equis jam laurea ſerta petebat
In Capitolinos depoſuiſſe ſinûs.
Inſtar jumenti vilis dejectus, inanes
Auriculas; axem nunc equus ipſe trahit.
Audiat idem aliâ clamanteis voce triumfos,
Beſtia ceu crudo murmure Luca ſolet.

Qui

Qui dedit hunc vobis, Iuvenes, ſpectare triumſum,
Expertus varias hunc dedit ille moras.
BARTHIUS *à magnis traductum nomen avorum,*
Quem ſuus hos ſuprà volt volitare vigor.
Ille quidem, nec adhuc primâ lanuginis umbra
Floridus, in luſtris quattuor ante ſedet.
Monſtra tamen vix Herculeæ cedentia clavæ
Subdidit, in curru cui pedes ivit Amor.

ELEG. XVII.

ERgo noſtra quies propera te morte, Neæra,
Induit, & ſupera cedere luce jubet!
Hei mihi clarividos vox obruit impia ocellos!
Oraq; purpurea pallida luce carent!
Iam tremuit ſuprema malis ſudoribus aura!
Iam jam omnis fugit mortua membra calor!
Nec tua te potuit Pietas ſervare colentem!
Nec tecum, vel pro te moriturus Amor!
Ergo abit in cinereis & lux gratiſsima nobis
Perpetua mergit obruta nocte caput!
Ah vitæ exoſus necquicquam ante iſta laboreis,
Nunc mihi, defuncto corde; ſuperſtes ero!
Si nequeo noſtris, liceat me fata Neæræ
Ante diem exacta prorſus obire die.
Par lectum è cunctis generoſi faſtibus oris,
Floribus in medijs perdere Fata volunt!
Illa quidē moritur, nec enim mihi ſomnia mendax,
Elyſij memoris transfuga, mittit ebur.
Illa fugit vita, per quam mea vita vigebat,
Ruptaq; jurati copula ſancta jugi eſt!

Ipſa vel invito ſequar in mea commoda fato,
Hoc unum eſt quo te vivere vita juvat.
Cætera mors habeat, & habebit in omnibus iſtud
Quod minime ſatis admovet alba colus.
Hei mihi crudeles divi ſua fœdera ſolvunt,
Totq; cadunt duris irrita vota Notis.
Barbara lex vitæ, nec concedenda Poteſtas,
An mihi ab hoc animam ſcindere amore potes?
Me veſtrum, attritis per blanda vocabula labris,
Linquitis, ô nobis numina culta, Ioci?
Et balbi magnâ gaudentis parte, Lepôres?
Et Venus ingenij caſta Minerva mei?
Nulla dies Roſeis Auroram accendit ab undis,
Vlla nec obſcuro Nox pede obivit humum,
Quá te non lætam videam hactenus, ô mea Vita,
O mea lux animi, pura medulla mea.
Nunc pro purpurea te cærula veſtis habebit!
Pro pharetra turpi pulla feretra jugo!
Exanimesq; æterna in nocte tenebit ocellos,
Funera concinnans noſtra, Neæra jacens!
Cætera quoi querar? an ſuperos atq; aſtra ciebo?
Non habet Exemplum pro Pietate dolor.
Ipſam tu mortem poteras incendere vultu,
Sed tibi ſervatus per mea damna pudor.
Hei mihi, nec tanti eſt pactum ſervare fidele,
Laudarim invitam ſi qua puella bona eſt.
Quæ tenebræ nitido malas ſpoliare rubóre,
Labraq́; purpureis ſuſtinuere roſis?
Quæ tam ſæva tuum crinem ſuccidit Erynnis,
Fatali invergens debita fila rogo.
Vt video in feſsis nihil eſt niſi torpor ocellis,
Vltima nec veſter lumina ſervat honos!

Si non eſt ſuperos ſuetis percellere dictis,
Bruteſcit noſtris ſi ſera Parca logis.
Certè Acheruntē aliquis pateſactum oſtēdet, & illic
Servatur ſuperis invidioſa, Fides.
Pyramus ibo igitur nec te, mea Thisba, relinquam,
Vna mihi atq; tibi eſt flamma datura rogū.
Si tibi res grata eſt, vel ſi fuit hactenus umquam
Candidus in noſtro pectore miles, amor.
Vltima conantem nunc ſuſcipe, Chara Neæra,
Tecum aliquid, ſine te nec nihil eſſe queo.
Vos ſancti caſtas ſedes recludite maneis,
Sanctius hoc nusquam contegit urna pare.
Vnica in exemplo, quo turget tota Vetuſtas,
Relliquias functi conjugis, uxor amat.
Et ſuavem, extrema, potura, Cupidine, ſuccum
A buſto virum eſt nacta virago virum.
Quippe manu cinerem ducendo infudit Iaccho,
Et bibit, inq; ſuo eſt ebria facta viro.
Ille ſepulcraleis in conjuge repperit aras,
Incertus vitæ, poſtuma nupta, tuæ.
BARTHIUS *in caſta ſequar hæc exempla Neæra,*
Exſtruat hæc noſtra funera mente ſua.
Et quoties aliquis vatis juvenile videbit
Ingenium, dicet; hoc jacet hujus Amor.

ELEG. XVIII.

SEu Sophiæ in campos vertam veſtigia retrò,
Ante Venus, nunc tu facta Minerva mihi es.
Seu gradiar multo veſtitus pectora ferro,
Decepti vincit gloria magna fabri.

Sive adeo lentæ voveam mea ſata Vacunæ,
Otia tu factis diſjicis alta novis.
Quandoq; argutis modulari Epigrammata nugis
Et juvat in populum ſpargere dicta nova.
Dicta cies in te. Populus mihi, Chara Neæra, es,
Pro Satiræ cornu, dat mihi ceſton Amor.
Ergo ego tam magno parvæ ſervire puellæ
Ingenio natus tempora perdo mea?
Aptus eram armatas regere, & deducere turmas,
Scaligero quondam paruit acer equus.
Et mihi Nobilitas non eſt plebeia, profecto
Eſt animus ſommum cui alta tropæa negent.
Bis contra exſertum gladios diſtinximus enſem
Nemo impunè meum læſerit ante caput.
Et memini contrà Iuveneis certare duos, nec
Victa peremturo vertere terga metu.
Nemo aciem vatis fruſtrà tentaverit alti,
Strenuus in magno cum reſidebit equo
Ergo ego Virtutis vertam ſacra ſemina retrò?
Imbelli vates victus Amore tui?
O formoſa puella, nihil mea nomina curas?
Laurea quod noſtro vertice vera ſedet?
Purpuream criſtis tendat quod Caßida caudam,
In Iuvenum par ſit quod mihi nemo choris?
Omnia quum laudis decerpas fulmina noſtræ,
Et medio injicias barbara fræna jugo?

FINIS.

CASP.

C. BARTHI

ELEGIARUM

LIBER TERTIVS.

In quo Funebres.

CASP. BARTHI
ELEGIARUM
LIBER TERTIVS.

ELEG. I.

In obitum Mariæ Helenæ à Wakkenfels.

Ergo, puellarum decus immortale, puella,
Noſtra quoq; ah! vobis officioſa lyra eſt?
Nec rudis in ſeſe Pietas tabeſcit amando,
Tota nec in veſtro funere Pallas obit?
Nec numeros lacrymæ, nec vocem oblivia delent,
Utraq; dum veſtra deficiunt anima?
Et manus ad calamos, & carmina ſufficit ardor,
Heu nimium ſors eſt ſortis, acerba, mihi!
Vos quoq; lugubreis, animum mærentis, ocelli,
Vincitis, extincta luce videre potes?
Illa jacet certè! non jam mortalia curat
Iuppiter officij perdidit arma ſui!
Sed quid ego immites adigo ad ſua crimina divos?
Aut recito inſanis carmina vana Notis?
Quem dolor æternus divûm in deliria torquet
Plangat; in abruptas præcipitamur aquas.
Littora pertæſus pellit freta mergere terras
Pontus, & in nullo margine ſiſtit aquas;
Obruimur lacrymis, Iovis ut Violentia ſævi
Dilapidat Cereri credita culta Bonæ.

Ante

Ante fuit ſi quid. Fortuna exhauſit acerba,
Arida pro fletis ſtant loca luminibus.
Squallidus cluens torrens loca læta cruentat
Nec ſupereſt è tot Spes quoq; fida Dijs.
Illam avidus lacrimarum olim conſumſit amaror,
Atq; Epimethea protulit è capide.
Non ſuper ullius reſtat mihi gratia Divi,
Gratia divarum in flore ſuo interijt.
Flore ſuo rerum cuncti occubuere Vigores,
Frigida, Phœbea pro face, ſervit hyems.
Non etenim heic lumen ſupeteſt nec tempus Olympo,
Sed tenebræ & diræ Noctis ubiq; tremor.
Hactenus in læto ſtupuit mens Vulnere telum,
Nec capere anguſta tot mala ſede poteſt.
Ergo etiam reſtat, ſine mente ut funera dicam
O flos rerum, ô flos unice, veſtra, mihi?
Si ſine Mente aliquis umquam rude texuit orſum,
Proq; anima implevit carmina mœſta dolor.
Solvam equidē in planctus fracti penetralia templi
Quod Iovis in noſtro pectore tela premunt.
Quamquam adeo vix prima feræ cunabula plagæ
Sufficit rupto pectore ferre Dolor.
Quicquid erit ſine te quale eſt contexere ratem
In te tale cano, flos generoſe, melos.
Solve Elegia Comas, nudatos plange lacertos,
Transq; novem Muſas flebile carmen hia.
Vos ô Germanæ, Bojohemæ accurrite, in iſta
Regina eſt tumba veſtra ſepulta, nurus.
Flos Helenæ heic marcet, flos VVakenfelſius; ergo
Hoc quoq; fatorum crimina numen habent!
Nec puditum, ô Parcæ, vitæ ſuccindere florem,
Propter quem vivæ tot viguere animæ!

Nec pigitum, ô Parcæ, virtutum exſcindere nervos,
Vt dij veniant jam ſine mente chori.
Quam teneram picti portant modo fulcra feretri,
Virtutum mundo Cauſſa futura fuit.
Herculeos poterat multos incendere, quæ nunc
Ah non maturo Pupa cremata rogo eſt.
Trux alios Mavors, alios exerceat armis
In ſtadio teneris dia Camœna ſuo.
Nobile ob hoc, hei me, munus: modo nomine iniquo
Nobile, quod primos interit ante dies.
Trux alios Mavors, alios bella horrida, morbi,
Atq; alios cauſæ conficiant aliæ.
Iſta viris noceant, quid amabilis auſa puella
Totius ut jaceant vota, in ea generis
Hoc equidem crudo traducit numine divos.
Prima quod in primos Atropos atra furit.
Hactenus in primos. Iam non ſtetit impetus iſtic,
Fœmineis etiam eſt Gloria ſæva choris.
Torſerat huc aciem Lacheſis crudelia volvens,
Lumina; Creſce ſacram dixerat ad pueram
Heic uno pereat Germana ut Gloria collo,
Turgentem prato flos premat iſte apicem!
Preſſit eum ô Crudelis: at inclementia veſtræ
Forſicis, in vatum crimina magna ruit.
Crudeles ſuperi, Lacheſisq; ſecanda, ſecando,
Præmia inhumanæ quis dabit apta neci
Crudeleis lacrymas, ut vos plangatis in illis?
Heic poterat vatum Nomen habere furor.
Sed tamen in vobis rata ſi inclementia tanta eſt,
Vnum iſtud vobis eſt licuiſſe nefas.
Si qua puellarum eſt forma vos urere ſollers,
Pugnarum in cœlo ſi novus Iliadas

Explorat

Explorat Iuvenis Cæci conſultor Homeri,
Si qua movet ſuperis invidiam thalamis.
Hæc cadat, ô ſuperi: nobis caſtiſſima vivat,
Hei mihi, adhuc ſurdo ſtant ſera fata pede!
Et tamen hoc etiam cum jure remittimus omni,
Tollite vel caſtas; parcite ſoli Helenæ,
Tollite vel doctas: ſit docta & caſta puella,
Nulla colum fugiat; parcite ſoli Helenæ.
Parcite ſoli Helenæ, cui jam dum injuria magna eſt
Subjectam veſtris legibus eſſe, Dij.
Saltim aciem huic fati ſuſpendite: vicit in iſta
Fatum Helena, in Mariæ Nomine, Vita, Colũ.
Non vacat hæc morti, Lunæ ſubjecta recedant,
Hæc etiam exceſſit numine Solis iter.
Non Adamanteæ venit huc injuria legis,
Scripta homini lex eſt, regula nulla Deæ.
Terna ſub adducta lapideſcat forſice dextra,
Aurea in æternum vellera ducat ovis.
Par animus ſuperis, ſuperos emenſus amanteis
Vnius hoſpitio conſtitit iſte ſui.
Vix benè, nec totum, compleràt amabilis annum,
Reddidit articulis omnia verba ſuis.
Luſtra cadunt alijs, pro luſtro eſt menſis in iſta,
Hunc quoq; correpto, cum libet, orbe citat.
Sena bis emenſo complevit in æthere ſigna
Vix Mariæ fecit, Phœbus uterq;, diem.
Vixq; diem emenſus ſpaciũ huic dedit integer anni,
Scilicet hæc unum cum Iove tempus habet.
Ludus huic, ſi quid celſum mortalia dicunt,
Sed quoq; quæ ludit perpetua eſſe facit.
Depoſitum Harmoniæ, concentus ab æthere nono,
Muſicaq; ad numeros Virgo canora poli.

Non

Non gravidum exſpectat ſecli volitantis agonem,
Ipſa ſibi ſecum ſecula priva parit.
Palladij flos ingenij, Phœbæa Venuſtas,
Libera, ſed ſenſu cuncta puella domans.
Si qua fides vati, cognataq; carmina proſunt,
Sic fuit ante viri nobilis Eva thorum:
Quæ ſimul ut nata eſt, ſtetit apta ſenilibus annis,
In puera innata nil niſi virgo fuit.
Illa animo pollens florentia membra decebat.
Mens Maria eſt, nuſquam nil niſi pura anima.
Docta nihil didicit, ſatis eſt, voluiſſe, tenendo.
Quod ſervit votis debuit omne ſuis.
Annus in hoc unus dum poſſet velle, receſſit.
Velle modo ut potuit, docta repente fuit.
Cum voluit facta eſt Optati compos; in illa
Optio pro magno parva labore fuit.
Nec totum hæc annum conſumſerit: integer annus
Longior officio viſus hebere ſuo eſt.
Anticipat tardum, dum tentat dicere, ſatur,
Vix ulla ſperat, cum bona dicta dedit.
Dum rudis eſt ſibimet docti ſtupuere loquentem,
Barbara præ infante eſt lingua reperta ſenex.
Nec crepera incertis hæc ſyllaba vocibus ulla
Innatat, ut diſcunt ſolvere verba homines.
Diſcere mortale eſt; prævenit noſtra magiſtras.
Balbutit nutrix, puſa diſerta canit.
Sed quid ea ingenti non edidiciſſet in anno?
In cœlo docta eſt, Carmina humo recolit.
Prodigij quiſſet ſi ſuſpicione carere,
In matris Carmen ſcripſerat illa locis.
Sic quoq; prodigium eſt infans, ſine labe, diſerta.
Annus in Eloquium dimidiatus abit.

Altera

Altera pars anni: quid hiantem in carmina Muſa
Ducitis? humanum non opus illa viri eſt:
Ite, novem divæ, cæptos ſuſpendite planctus,
Livida ſanguinea pectora nube vacent.
Et fuſi redeant intra ſua regna capilli,
Nudaq; ſub tunica membra latere velint.
Triſte lyræ facinus, lugubria demite, divæ,
Carmina, jam fatis naſcitur illa ſuis.
Annus erat, reſtant miranti verba, ſecundus,
(Dicere quam, ſecit quæ facile illa, grave eſt!)
Et modo Muſæas animum ductura per arteis,
Ignotum potuit nil reperire ſibi.
Scripta latent animo ſeclorum ingentia mundi,
Vrania in parvo eſt corpore ſuncta animam.
Scribere cum didicit, didicit depromere cuncta,
Quæ tenet, heic ſibi non ſufficit alma manus.
Scribere cum potuit; jam ſeſe in mente Vetuſtas
Digerit, & libros certat inire ſuos.
Quicquid in immenſo ſcriptum tenet ordine, ſervat
Virgineo abſconſum, Cura hominum, ingenio.
Sic quoq;, litterulas cum pingere novit; habebat
Parrhaſia ductum carmen amare manu.
At gravis hoc labor eſt mortalibus: omnibus ætas
Non dedit has animi fingere rite notas.
Scilicet, infuſas animo peperiſſe loquelas,
Non levior, puerum quam peperiſſe, labor.
Quippe brevem in vitam mortalis naſcitur infans,
Perpetua ut genitrix nulla reperta viro est.
At labor ingenii, cerebriq; peritia, artis
Aeternis mandant dedita ſcripta notis.
Exſtet ut in ſeros proavorum vita Nepoteis,
Et præſens ſemper, qui fuit, eſſe queat.

Sic patrias vocis nati reminiſcitur ardor,
Et cineri ſupereſt, vox generoſa, ſuo.
Vt ſpeculo, æternùm depicta parentis imago
Cernitur in libris, nate ſecute, tibi.
Heic animi mores, heic mentis gloria dia
Pingitur, Ingenij viva ſit effigies.
Quid, miſeri, multis implebitis atria ceris?
Argumenta libri Nobilitatis habent.
Heic generoſorum florent ænigmata Patrum,
Hinc petat exemplum in grandia facta Nepos.
Quid pia Poſteritas, quod miraretur, haberet,
Ceſſarent noſtræ ſcribere dicta manus?
Neminem in hoc ævo ſcibunt vixiſſe Nepotes
Dena niſi bis & quattuor edoceant.
Aſt labor hic alii, noſtra voluiſſe puellæ eſt,
Grandævam vicit littera bima manum.
Principium humanis omne eſt grave: finis in iſta eſt:
Quod cœpit jam dum fecit, & apta novum eſt.
Nec vetereis vatum producat Fabula Grajas,
Seu formæ, ſeu ſit judicium ingenij:
Et Maria & Helena eſt formoſa, & dia puella,
Caſta nitens, docta eſt, & Maria & Helena.
Nec valet in curas tantum generoſa, virileis,
Eſt quoq; fœminei gloria prima chori.
Pinxit acu ſeſe cum vix ſpectare liceret.
Ludit in opprobrium bima, Minerva, tuum.
Et quæ pubenteis ſolitæ jactare puellas,
Agnatum huic docta ſculpere texta manu.
Iamq; domus Curam, carorum habuiſſe parentum
Cœpit, huic, patrio more, Culina vacat.
Imperij exercent dum magna negocia patrem
Qui tibi, Dive, viget dextra, Rodolphe manu.

Creſcit

Creſcit & occulto ſe filia ſubijcit ævo
Mirari tantus poſſit eam genitor.
Intereà exacto floreſcunt membra nitore
Et patria ex uno ſtamine fila trahunt.
Pendula cæſaries nativo fulgurat auro,
Singuli Amoris in hac ſunt radij orbiculi.
Purpureo inſiliunt vultu ridentis ocelli,
Vtraq; mixta roſis lilia ducta gena eſt.
In labijs docti ſedem poſuêre lepores,
Hinc Charis in vocis carmina dia venit.
Singula, dum loquitur, Cytheræa vocabula penſat
Floribus: hinc ſantis oſcula nectar olent.
Cumq; ſilet gravitas, cum fatur Gratia præſtò eſt,
Cum canit unà omneis it Venus in Veneres.
Tertius in Charitum tutela exiverat annus,
Quartus & inſtanteis pronus agebat equos.
In Latium venit nec uti peregrina, virago
Quadrima, & magno cum Cicerone ſonat.
Germanas etiam norat conjungere voces,
Miſniacaſq; premit laude Bohema nurus.
Excoluit ternas, ætatis res ea, linguas.
A ſpacio annorum quattuor, uſq; novem.
Nec ſtetit ingenij, Grajas apis involat arteis,
Dictaq; germano reddit Achiva ſono.
Viſa domi quoties patrioq; audita Bohemo,
Viſa ſuæ toties ſola Bohema domi eſt.
Cum rapit Auſoniam attonitos ſermone Quirites,
Romanam jura verba Latina loqui.
Cum tenuit felix Germania, Germanorum
Germano loquitur verba polita ſono.
Cum Grajum intepuit, apis Attica dicitur, & vix
Tam Græca eſt numquam trans mare vecta Venus.

Et veteris quiſquam Ponti mirabitur ergo
Regem, uno multos qui ciet ore ſonos?
Et Cyrus in monſtro eſt, qui, quos numerare nequibat,
Nominibus poterat quemq; vocare ſuis?
Vnius Europe loquitur ſermone puella,
Quattuor in linguas lingua novennis abit.
Quæ reſtant etenim naſcuntur quattuor iſtis,
Hinc fluit in multos limpida lymfa lacus.
Sparſa velut trivio detruditur unda Canali,
Quæ perit innumeris fracta deinde vadis.
Hæc ſurſum extruſa ſcandit laquearia lymfa,
Deſuper effuſis imbribus arva rigans.
Hæc media argutis hypocauſta ſonoribus intrat,
Balneaq; ingenuo ſtructa liquore replet.
Illa, gradus ſubter, tremulos imitata ſopores,
Inviſo cunctis tramite, ſubter abit.
Donec in ingentem vaga convenit unda paludem
Vndiq;, nulla ſuo deſit amica freto.
Sic capita ipſa tenens linguarum, viva tenebit
Flumina quæ ex uno prodita fonte fluunt
Vt freta conficiant paſcendis piſcibus apta,
Vſus Communis Vitæ habet iſta freta.
Piſcibus æquatur variata peritia vivis,
Dapſilis hinc ornat prandia lauda Cocus.
Prandia ſunt libri: Scriptor Cocus: additus hoſpes
Convivam, Candor Poſteritatis, alit,
Hactenus aſt Helenæ ſaltata eſt fabula vivæ,
Hinc venit in functæ triſtia fata dolor.
O dolor, infelixq; animi mœrentis acumen,
Quis dedit in numeros fortia verba tibi?
Heic melius ſiluiſſe fuit, tria numina mortis
Non leve fatorum in crimine crimen habent.

At te ego queis numeris, rerum Concordia, dicam,
Permulſit Seiren quâ nova, corda hominũ?
Audivi procul, audivi tua fata canentem
Phœbum, Hippocrenes in nemore, albus olor.
Ilicet aſtra alacri nactus fulgentia pennâ,
Harmoniæ inveni cum ſuperis ſobolem.
Illa canebat uti Mariæ ſub nomine dulci
Iam modo plangentem deſeruiſſet humum.
Audijt Vranie, Muſarum Antiſtita, vocem,
Oppreſsit ſtupidos Phœbus amator Equos,
Audivêre Chori ſuperum, lætiſsimus ordo
Reddita quod cœlis eſſet alumna ſua.
Nil niſi quæ puri vixit concentus Olympi,
Poſt fatum in numeros liquitur Ambroſios.
Sic ubi naturæ legem reminiſcitur in ſe,
Suavibus in dictis deficit albus olor.
Stagnaq; ſupremum ſuper Aſia carmen adumbrãs,
Cantibus exanimis immoritur medijs
Muſica mens Mariæ, cantu ſolvente ſepulcro
Exijt, & mæſtá membra peregit humo.
Et vivens quoties patrium meditatur Olympum,
E numeris facta eſt Tetrados ipſa tetras.
Nobilius nihil eſt animum, generoſa ſecutum
Semina, ſe numeris quam cecinisse ſuis.
Inſtat in hoc Helenæ vigor Entheus; & ſua docto
Carmine fata tibi dat, bona Poſteritas,
Vulgus iners, lucriq; Cupidine turpe, Dolorum
Terrenis patitur barbara lura animis.
Libera cum ſuperis vivit mens conſcia Cœli,
Rimatur numeris ſcripta Deûm imperia.
Scitq; ſacros motus & in almâ dia quiete
Otia; fons cunctis actibus unde fluit.

Vidit cani noni Mens immortalis Olympi,
Agnovitq; ſuo ſemina ducta ſinu.
Dumq; videt, flammam, puriſſimus ignis, Amoris
Ducit, & inſueto flamma calore tepet.
Conſtitit in tenera longævus virgine Horizon,
Et dedit ardoris maxima ſigna ſui.
Nec mora; quæ octavum terras ornaverat annum
Nonum agit in nono, ſponſa petita polo.
Gratia ſed, dio cum corpore, mentis honoræ
Fiat ut è miſtis ſi tribus una Charis.
Salva manet terris: Exſcripta Adamante perenni,
Ut memori ſervet condita mente Nepos,
Salva manent terris decora immortalia Fama
Nectaris invergit Ambroſiæq; favos.
Nec Venus à Cippo nec Gratia triga recedit,
Stat ſuper exſtructum Gloria viva rogum.
Stat Lepor & Doctrina, & Grajo Suada ſuſurro,
Et pede non uno Carmina, mille Ioci.
Stat patriæ infelix ſemper plorantis imago,
Vno cuncta ſemel funera flere volens.
Nec procul ingenij Palmam Germanis adorat
Gratia, cum trinis quarta futura Charis.
Iuxta omni in campo choreas Iuvenaliter implet,
Et pede ter pulſat miles Amoris humum.
Aligeri Iuveneis, cunctis ſatis una puella eſt,
Mirantur cuncti, nemo potenter amat.
Tu, Mariæ Genius, victor ſecliq; tuiq;,
Exempliq; omnis, ploret ut invidia.
Macte animi virgo, terramq; exoſa jacentem,
Nunc patrij coram ſplendida gemma poli.
Tu numeros vatis per te morientis amico
Lumine ſi videas, palma parata mihi eſt.

Quod rudis acciſi nequiit doctrina Poetæ,
Hoc ſolvet divæ Gratia dia melos.
Numine nos veſtro capti lugere quotannis
Poſſumus, in laudeis Nemo homo ſufficiet.

ELEG. II.
In obitum Jani Duſæ.

HActenus, ô petulans, alienis hoſpes in arvis,
Nunc tamdem, ô mœrens, in tua regna redi.
Cæſariem effuſam per candida colla remitte,
Ter quate funeſtâ pectora pulſa manu.
Iamq; tui, infelix Elegeia, nominis omen,
Fletibus inciſas obrue, diva, genas.
Hinc modo præciſo vitali lumine, Duſa,
Duſa iter Elyſias inſtitit ire domos,
Duſa decus rerum, non quot modo Belgia ſervat,
Sidera, Apollineis exſuperans radijs.
Europæ Phœbus: Europe in funera præſto eſt
Europa infelix, Maxime Duſa, tibi.
Tu, patriæ Genitor, quæ per te aſſerta duello eſt,
Martia pacificis viribus arma regis,
Tu tot inexhauſtum per magna negocia pectus
Egregijs doctus comere litterulis.
Res Batavûm præſens ornas, vice Numinis abſens
Europam lepidi Carminis ingenio.
Nos modo feſta tuis indicimus orgia Muſis,
Duſiades poterunt nomen amare, novem.
Ite piæ natæ, veſtrum decorate parentem,
Annua cum puro fundite thura mero.
Sint tumulo flores, vatum Rex abditur illo,
Sint Violæ, heic placidùm dormit Amoris Amor.

Vos hederæ & pleni tumulum decorate racemi,
Ante alias multum Daphnis Apollinea.
Heic communis honos divûm, divisq; locutus
Digna jacet vates. Plangite Duſiades.
Plangite Duſiades Muſæ, nec planctibus unquam
Sit modus, æternum flebile Duſa jacet.
Non tamen in veſtros digno venit alite planctus,
Vndenum frangens mœſta Elegia pedem.
Hoc agat in Batavis Heinsî juvenilis Apollo,
Cui cupiant toto cedere fonte viri.
Baudius hoc ingens, Bertîq; volubile carmen,
Et tibi qui Muſas pro patre, Natus, habet,
Plejade de tota ſi quis modo ſegnia Muſis.
Otia, nec Marti fortia facta vovet.
Quamquam opere ingenti Martem conjungere Phœbo,
Duſa, tuæ ſtirpi palma vetuſta data eſt.
Nunc patriam in mœſtam, cui nunc quinquennia tota
Conſumſit lacrymis funeris hora tui.
Duſa, Deûm conviva oculo deſcende favente,
Et ſine triſtitia plangere cuncta tua.
Tu licet, Excelſi jam non novus incola Solis
Illuſtres radijs ſidera læta tuis.
Nos tamen abſentem, quem cernere deinde nequimus:
Dicimus, & mœſtis proſequimur numeris.
Verte aciem immenſam, Duſa in tua patria regna,
Et Batavum auguſto lumine cerne tuum.
Heic aſſerta tibi viget armipotentibus auſis
Vrbs Martem Muſis quæ colit ingenuis.
Heic proceres prodire videbis, ut annua ducant
Orgia, queis veſtri ſunt memores meriti.
Ordine pullato venerandum exire Senatum,
Et tegere infauſtis pectora ſancta togis.

Parte

Parte ferox alia pro libertate paterna
Iam mortem in mœſto lumine, miles, habet.
Hunc volucres viſi circumvolitare dracones
Mœſta cient tremula ſibila mille juba.
Naſſoviusq; heros, Genus alto e ſanguine Martis,
In vultu certi ſigna doloris habet.
Quem procul attoniti radijs fugere manipli,
Qualia Neuporti fulmina Victor agit.
Vna adeò in dextra præpes Victoria cujus
Conſtitit; Hiſpanis hunc voluiſſe, fuga eſt.
Hic patriam indomita cum libertate tropæis
Implevit, contrà nil gravis hoſtis agit.
Hic patrem atq; atavos dijs virtutibus æquans,
Duſa tuum funus, condecorat gemitu.
Altera gens, doctrina polo quos adſerit alma,
Per mundum auſpicijs undiq; lecta tuis.
Inq; urbem adſertam niveis conducta columbis,
Chaonio quales pro Iove fata canunt.
Agminis æterni dux, SCALIGER, *ora tepere*
Iuliades lacrymis non negat alba tibi.
Vindicijs cujus regno depulſa Latino
Barbaries, Gothica rurſus in illuvie eſt.
Et nitida exſerto floret diademate rurſum
Græcia, florenti nubilis Auſoniæ.
Regna ferox quondam cœleſtia turba gigantûm,
Tentare exitio nobiliûm auſa Deûm,
Vix habet in propria cariem quo pelle tueri
Poßit, & ignoto tuta latere ſitu.
Heic reliquus fama per totum, exercitus, orbem
Cognitus; Ingenij fragmina, Duſa, tui.
Heic Merula, antiqui vatis medicina fidelis,
Heinſius ad palmam, Roma, Poeta tuam.

Snellius armipotens Logicis ænigmata tricis
Solvere: Ariſtoteli proximus ille ſuo eſt.
Quosq; alios longum ſit, nomine quemq; docere,
Quos levat in magnos ignea fama deos.
Omnibus hoc luctu par eſt mœrorq; dolorq;,
Quisq; tuum pro te mallet obire diem.
Horum utinam in numero poſſem te cernere, Lipsi,
Hei oculis nova mors perniciesq; meis.
Te tuus haud poſſet Duſæo in funere rector
Ille animi conſtans attinuiſſe rigor.
Antiquæ ſubeat quoties Pietatis imago!
Ah male diſcidio rupta deinde tuo!
Formoſos ſævo vultus laceratus ab ungue,
Simplicitas, dicas, quanta erat illa mea!
Interibi felix Duſæi Corporis ales
Attonitos liquit, Celſior ire, polos.
Exſuvijsq; ſuis tandem liberrimus Augur
Fulmina coram ipſo ſiſtit amica Iove.
Illum æterna dies ſemper juveneſcere cernit,
Atq; aliquis vatum de numero indigetum
Magna Dijs ſuperis æquans Præconia Duſæ,
Hanc lucem æternis conſecrat exſequijs.

ELEG. III.

In Exſequias Felicis Starzeri.

ITe oculi in lacrymas! quid enim, niſi flere, relictum eſt
Spiritus exſtructum cui fugit ante rogum?
Et tibi ſupremum lacrymas has ſacro, ſodalis,
Mox eadem rapiet membra utriusq; pyra.
Eſt ſpacium quodcunq; inter, lacrimæq; dolorq;
Iure ſuo, tecum me moriente, habeant.

Iam

Iam jam obſcura caput mortis decircinat umbra,
Vix linguæ ſupereſt ad ſera verba, calor.
Scilicet, in vita quos junxit amica Cupido,
Non ſimul in mortem poſcat amica quies?
Ite, vagi ſenſus, & mens liberrima cœlo,
Contrahe te functi corporis in tumulum.
Ipſum animum in chari deponam funus amici,
Sordida res, ſolo corpore velle mori, eſt.
Nota mihi ante alias tua erat ſanctiſsima virtus,
Non ulli in terris major habenda, fides.
Hæc te ſæpè mei fecit meminiſſe profectum
In loca, quæ Auſtriaci Principis Iſter habet:
Scripta mihi teſtis non una eſt littera, de quâ
Dicere quam multis pauca, ſilere placet.
Ipſe ſuis manibus Amor has excepit, ut ore
Dictavit proprio, Candida tota, Venus.
Sæpè meram in mortem noſtri meminiſſe recordor,
Aſtiterim ut præſens ſi tibi, noſter amor.
Quid pro iſto adſectu nunc ſolus, inane rependam,
Officium? vulgi præbeat illud honos,
Ipſe tibi vitam hanc, poſt in quæcunq; futura eſt,
Devoveo, & lacrymis lumina cæca tuis.
Mutua fons harum eſt Pietas tibi, abire coacto,
Diſcidio me vix compote ritè mei.
Quicquid erit ſuper hæc, modo quid ſupereſſe potiſsit
Omnia in exſequias ſunt moritura tuas.
Et quæ, Poſteritas, noſtra eſt quandoq; futura,
Ni fallunt magnis omina ducta dijs.
Nos famæ pariter tollet fulgentibus alis,
Vel premet in multâ lurida nocte loca.
Intereà morum Probitas te ſera jacentem
Canaq; ſimplicitas planget, & alba fides.

Et decor, & generis Stirps Nobilitate ſuperba,
        Raro hodiè ad frugem ſueta venire ſuam.
Et parilis dura Conſtantia Sorte, bonaq;,
        Quæ ſolet alterno fallere cuncta pede.
Nec non, Diva Deûm, felix Patientia, quæ te
        Deſertum à cunctis ſæpe Dijs tenuit.
Cujus ab imperio, patrijs ſemotus ab oris,
        Vixiſti in patria pro lubitu ipſe tamen.
Temperiesq;, animi moderatrix unica magni,
        Cui Furor inſanas dat, ſine mente, manus.
Sæpè ego te vidi ſpeculantem plurima, amici
        Dum traherent dubias ſpes, variante rota.
Sæpe idem in ſancto divæ myſteria vultu,
        Suadentis placida peſſima mente pati.
Hæc cum vivebas; ſed nunc, cinis arida, torpes,
        Terraq; habet uno tot bona victa rogo.
Oris ubi erecti ſpecies nitidiſſima? frontis
        Fulgur? ubi, comens ſingula dicta, Venus?
Nobilitas ubi nunc Heroi corporis ingens,
        Ductaq; in æquales linea magna toros?
Omnia quæ liquidò vim teſtabantur avorum,
        Longaq; porticibus nomina picta tuis?
Imberbes anni, Iuvenilia membra, gerendis
        Ingenium rebus, nataq; Curæ? jacent
Omnia mors rapuit, quia noverat omnia numquã
        Si daret ætatis jus, ſubitura necem.
Hanc quoq; ſic fugies, ſi qua eſt data Gratia Muſis,
        Si pietas pretio non caritura ſuo eſt.
Intereà molli poſſis requieſcere terra,
        Quæ debet lacrumis mollior eſſe meis.

Eleg. IV.

Proſopopœia Calvariæ.

QVi modo deſpectam faſtu me conteris alto,
Et pedibus, quondam nobile, frangis, opus.
Illa ego quæ non ſum, Calvaria tempore juſto,
Hoc, quod tu nunc es, viva videnſq; fui.
Et poteram, ſi mi detur vetus eſſe, fuiſſem
Qualis, Muſæa dicere voce tibi.
Omnia ſed puncto tetulit levis hora deorſum,
Vox etiam & vocis orgia caſſa jacent.
Ictus ab exiguâ venti ut perit halitus aurâ,
Quoq; reſolvatur, qui nihil ipſus, habet.
Sic mea, quæ nihil eſt, aliquid ſi forte videtur,
Vox ubi deſierit, Gloria deliquit.
Hanc tamen adſumſi quò te, modo vive, monerem
Exemplo brevi eris qui nihil, ipſe, meo.
Regia Cæſaries, gravidæq; volumina criſtæ,
Hoc etiam quondam condecorare caput.
Purpura per malas, per lumina flamma cucurrit,
In reliquo nova nix corpore victa mihi eſt.
Et memini, quoniam refert tua me meminiſſe,
Noſtra puellari pro grege forma fuit.
Pacta etiam tædæ, Genio florentis ephebi
Juncta eſt virgineo nomine, pulcra nurus.
Quæ faciem facie, ſtirpem natalibus æquans.
Omnia præ ſolo perdat amore mei.
Cætera quid memorem? quæ, qualia, quanta fuerũt
Hominis unius perdidit aſper agon.
Quæ, Roſa, flore mero calatos decorabat amicos,
Nunc premit inciſo vertice, turpis, humum.

It vigor in maciem,putredine Copia ſucci
Mutat,& è cerebro pus ſaniesq́ fluunt.
Quamprimum mortis tetigit me dira ſagitta,
Vt flos ſucciduo procubui Calyce.
Tale fuit corpus,nec Mens mihi corpore pejor,
Scires cœleſteis hanc numerare atavos.
Quin animum Heroi non deſeruere ſequacem
Spirituum numeri,compoſitusq́ furor.
Martius ad primum tubicen me carmen habebat
Præcipitem,ut rupto carcere fortis,equus.
Litterulis non eſt mihi Gloria læſa gradivi,
Bellica pacificâ ſervijt arte tuba.
Victriceis laurus hederæ comſere nitentes,
Vnde duplex uno vertice ſurgit honos.
Caßida mî calamo,mutatur adorea cartis,
Hei mihi,nunc etiam gloria utrimq́ ſubit.
Intereà Veneris,veles novus, arma ſaluto,
Libaq́,conſponſo fœdere,ſancta fero.
Bellaq́ virgineo in gremio nocturna diurnis
Subſtituo; duris mollia,Sancta ſacris.
Importuna jubet cum Mors ſecedere ſecum,
Hei mihi,quam nondum lætitiæ apta meæ.
Hora una exierat,nec tota,iſta omnia obibant,
Arma,Decor,Virtus,Gloria,Honos,& Amor.
Putris in abjecto dominatur corpore fœtor,
Porthmea vix obolo Gaza morata brevi eſt.
Non latus egregium retinere juvencula conjux,
Non poſſunt celerem fortia facta pedem.
Tota mei mecum perijt Fama,Vrnaq́ pallens
Abſorpſit decoris Carmina longa mei,
Ipſa modo ſoli Calvaria nuda ſuperſtes
In triviis,hominis relliquias refero.

Mox Cinis, aut ſi quis pro pulvere poſtulat uſus,
Sinciput olim hominis nobile, pulvis ero.
Hic ſupereſt nobis de tanto deniq; faſtu,
Hunc etiam ſpargent Ventus & Aura procul.
Vox, modò, quæ nihil eſt, ego ſum, atq; erit omnis in illa,
Quantumvis magna mole ſuperbus, homo.
I puer & criſtis caput alticomantibus auge,
Aedifica Cineri mœnia celſa tuo.
Pabula ſunt ſerpentis, Honor, Victoria, Plauſus,
Doctrina, Ingenium, Forma & Amabilitas.
Hæc tibi magnifico ſubeat Victoria, per quam
Omni cum pompa mox eris ipſe Nihil.
Fama rogum ſupra trepidis miſerabilis alis
Pendebit paullum, deinde futura Nihil.
Muta canit miſeris Calvaria; futile nomen:
Qualis tu nunc es talis ego ante fui.
Qualis ego nunc ſum talis, ſine lege, futurus,
Quid fremis, & ſpebus ſecula longa voras?
Craſtina, fors, noſtris accedes præda puellis,
Iam thalamum exornant vermis & hydra tibi.
Pulvis eris, clamat Calvaria, reſpice vatem,
Docta ſuo carmen quæ lepidum exitio eſt.
Si ſapiens, tu te temet calcare memento,
Exſangui quoties imprimis oſſe pedem.
Vmbra, Cinis, Fumus, Venti fuga, mobilis horror,
Vox levis, Aura, ſonus, perpetuumq; Nihil.

ELEG. V.
Proſopopœia Morientis.

QVod ſcivi ſemper nunc cominus: ô mei amici,
Et video, & viſum didere voce volo.

Audite extremo ſolventem carmina voto,
Quos ſinit incertus mî ſupereſſe dies.
Ille quidem nobis etiam fuit hactenus expers
Indicij, certa de ſtatione cadens.
Nunc demum in fixum tamdem benè conſtitit orbẽ
Ultima cum curſus puncta ruentis obit.
Inter vos, pueri, vixi modo: nunc moriendum eſt,
Conſtat in hoc ſolo ſæpè voluta dies.
Quodq; minax præ ſe mortis tulit impetus olim,
Semper, in hoc uno perficit articulo.
Exitus inſtat agens, jamq; hora noviſſima præſto eſt;
Claudam oculos, mortis ſæva vianda via eſt.
Patribus hæc trita eſt ſcivi viam ego eſſe terendam
Hanc mihi, quà tritâ Patribus addar ego.
Pauca prius monitis incluſa ſalubribus edam,
Hæc cave de charo non rata corda cadant.
Tu, Genitrix, longè nato chariſſima rerum,
Quâ juvat in vivis, me, remorante, mori.
Extremum hoc collo ſolitos immitte lacertos,
Filius è trinis carior ille, rogat.
Oraq; quæ manibus toties infantia duxti
Balbaq; laudaſti verba, rudesq; ſonos.
Ille ego, qui veſtro bis quinum in corpore menſem
Delitui, à patrio ſanguine maſſa rudis.
Mox etiam vegeti ſenſi moderamina motûs,
Mox etiam in vitam proditus inde fui.
Poſtquam impleta mei eſt ignobilis orbita curſûs,
Candidaq; ad calcis vecta quadriga mea eſt,
Solvor ab induvijs, animamq; Deo Genitori
Reddere, cum multa ſimplicitate, paro.
Atq; utinam nobis felix quoq; poſſet adeſſe
Forſitan à magno qui videt iſta polo.

Unde-

Undenos quamvis, PATER, anticipaverit annos,
In Chriſti gremio Lautia noſtra parans.
Sed quoniam ſanctos functorum evolvere manes
Cõditaq; in requiem membra movere nefas,
Tu, Genitrix, nobis materq; Paterq; ſerare,
Officio præſto ſis in utroq;, precor.
Ille igitur binos ſuxi tua qui ubera in annos,
Nec bibita eſt lactis gutta aliena mihi.
Vix natum tanto proſectabaris amore,
Omnia ceu ſolus præſtem ego vota tibi.
Nec reliqui in cenſus nati ferrentur eoſdem:
Cætera viventum eſt enumerare labor.
Uſq; annos Iuvenens, veſtisq; pericula primæ,
Qualia habent anni bis nova ſigna novem.
Nunc fructus varij cum te exſpectare laboris
Ingenuo è nati pectore, vota jubent.
Præcipites fugio ſpes: inconſultaq; lethi
Barbaries, annus ſubtrahit Obſequium.
Solvar, & in cineres juvenis primævus abibo,
Mors domina eſt nobis ſervaq; Vita fugit.
Tu tamen à fletu ſanctos, mea mater, ocellos
Quamlibet hoc nolint, fac moderere mihi.
Ah me! quot viſis ebullit pectus ocellis,
Ah nimium hi noſtris ſunt ſimiles oculis!
Hos ego conſpiciens didici me diſcere vivum,
Hi mihi pro bino ſidere ſemper erunt.
O genitrix, lacrymas compeſce: neq; inſuperati
Numinis, humano fata morare gradu.
Planctus in indocili nimius gravitate dolendi
Nec juvat auctorem, nec placet, ille, Deo.
Sic volo nunc lacrymes peregrè ut me ſæpe profecto,
Iunxiſti comites ingenuas lacrymas,

Sæpè

Sæpè ego commemini jam cætera cuncta profectum
Fletibus in veſtris me rediiſſe domum.
Nunc abeo extremum, completa eſt linea curſus,
Hæret in extrema margine vita fugax.
Pectore diffuſo, genitrix, tibi ſolvere grates
Pro Curæ in nobis ſedulitate, volo.
Ecce tibi pono quæ corporis antra dediſti,
Fac avia in gremium terra ſepulta ferat.
Nil aliud poſſum: quoties vixiq; ſuiq;
Omnis mancipio, res mea, veſtra fuit.
Non meus ipſe fui: dominæ ſub matris honore
Servivi, quamvis nobile ſervitium.
Nunc mea, proq; tuis proq; omnibus officiorum
Nominibus, genitrix, offero Corda tibi.
Illa quidem putri quam mox liquentia tabo,
Sed memori numquam mente fuganda tui.
Inſtat in extremum, video, hora noviſſima momen,
Quod ſupremum igitur dicere conor, habe.
Mortuus in gremio veſtro, genitricis amatæ,
Vt ſolitus vivo pectore, ſemper ero.
Et ſcio cum morior vitam me nomine vero
Indogredi; pars eſt muneris illa tui.
Naſci aliquem ſati eſt: natum Pietate poliri
Altera materni Cura laboris erit.
Quod modo cœleſtis prægustem gaudia vitæ,
Primus, in electo pectore, Chriſtus agit.
Cauſſa ſecunda meæ debebitur inde parenti,
Sic obiens vitam purpetuam incipio.
Chriſtus amans noſtri: ſanctiſſime frater, IESV,
Cætera tu matri carmina noſtra cane.
Nunc ego dico iſthuc. MORIOR. *ſed imagine ſolâ,*
Spiritus adfectat hac nece regna dei.

Ne,

Ne, mea lux, curis animum mordacibus ange,
Sit tibi pro nato filia ſancta, Fides.
Te ſcis, ſancta parens, ſic me nutriſſe, uti cuncta
Vnius arbitrio ſint mihi geſta Dei,
Quantum homini licuit: pro factis cætera cenſet
Gratia: pro meritis victima facta meis,
Quid, mea, nunc animum tu deſpondere videris?
Anne ita, quæ toties ſunt mihi dicta, tenes?
Cætera ſi neſcis, ſolum hoc retinêre labora;
Quod mihi præ cunctis dicere tute ſoles,
Liberat à cuncto peccamine ſanguis IESV:
Plura locuturum lingua refutat hians.
Nunc, mea lux, aveas; deliqui ſæpe; ignoſcas:
Hei mihi, quam natū hæc poſſe rogare grave eſt!
Quæ benefacta mihi, Chriſtus deſcripſit in albo,
Sidera maternum cuncta loquuntur opus.
Hæc quoties cernes nati meminiſſe profecti
Mox etiam ad Chriſtum tranſabitura, voles.
Nunc ſanctos collo noſtro deflecte lacertos,
Adq; tuum officium, mater amata, redi.
Hei mihi, quid fatis inſtare inſtantibus, atq;
Protrahere in lacrymas ultima puncta juvat?
Omnia quæ dices novi ceu dicta: quid iſtuc?
Hei mihi, deliquit mater, amore mei.
Ite, mei fratres, lapſam reſovete parentem,
Officij in vobis pars quoq; noſtra latet.
Voſq; adeo, gemini fratris viventis ocelli,
Purpureo ætatis par in agone virens.
Non umquā extincti, memores benè, ponite Curas,
Frater abit, ſequimur, dicite, Chriſte juva.
Vos toties læſi, toties peccaſſe fatebor,
Vix numeri quoties nunc ſubiere mihi.

Tu vero in primis lux candida tota, Ioannes,
Hei mihi quam meritis verba minora tuis!
Omnia quæ tenui vobis; mea lumina, linquo,
Vos quoq; cum Dominus juſſerit, illa alij.
Res colite humanas, ut ne cœleſtia nolit
Spes, animo pollens, anticipare, gravi.
Ite ſub amplexus, morientem amplectite vivi,
Hæc modo ſub terram membra redire volunt.
Vos manet audacis forſan longiſsima mundi
Orbita: me celeri fata tulêre gradu.
Nil agere heic quivi, Domini vos munia obite:
Ille animum in firmo corpore firmum habeat.
Ite, mei fratres; ſic, cum ſua funera reddet,
Terra; Dei pariter ſtabimus ante thronum.
Gratia nos Domini, CHRISTI *nos gratia* JESU
Iungat in æterni regna paterna boni.
Et breve nunc ſpacium eſt, Genitorem natus habebo
Vivere quo melius nemo, moriq; poteſt.
Plura velim: nequeo: pectus mihi liquitur in ſe,
Atq; alio morbi vulnere Cura fugit.
Nunc, PATRUI, *ô, prodite: Nepos, ego, veſter abibo:*
Filius ut poſsim dicere, fecit Amor.
Me dum veſtro ſub, moriens Pater, ore reliquit,
Facti eſtis, uno pro genitore, duplex!
Quærere eum nequij: fuit in genitoris uterq;
Nomine pro patruo ſyllaba curta, pater.
Quod tenerum ſtudijs emendaviſtis in albis,
Cura uti præ cunctis exſtet, Amare Deum.
Gratia perpetua eſt: ſic verba noviſsima dicam:
Pro verbis reddet præmia utriq; Deus.
Ducite vos funus: ſi quà fui, ut undiq; cæcum
Fallit iter, Iuveneis talpedantq; gradus,

Incautus, veſtro Patrui, hæc ignoſcite, Alumno,
Floreat æternùm vivida veſtra Salus.
Nunc nihil heic ſupereſt: amovi cuncta Caduca:
Liber ut in cœli Spiritus alta volet.
CHRISTE *juva: factum eſt, jam condite membra ſepulcro:*
Scribite & hæc nobis carmina paula ſuper.
QUI DOMINO FIDIT *felici navigat Aurâ:*
Qui jaces hic, fidit. Vita recepta Deo eſt.

FINIS,

C. BARTHI

ELEGIARUM

LIBER QVARTVS.

QVI ET

MONOBIBLOS.

CASP.

CASP. BARTHI

MONOBIBLOS,

SIVE

ELEGIARUM

LIBER QVARTVS.

ELEG. I.

CVm Venus exſtincti ſanus ſenſiſſet Adonis,
Et nitidum letho depoſitum Iuvenem,
Grandia de teneris effundens flumina ocellis
Ter quater in roſeâ pectora cæſa manu.
Cordolij ex ima genitum mœſtiſsima vitâ
Rumpit, & Ambroſias projicit exſuvias.
Ante pedes niveos illæ cecidere revulſæ,
Et ſtetit in ſolo corpore nuda Dea.
Qualis ebur ſanguis, vel purpuream corrupit
Servatam ſponſæ, Nix lacrymoſa, roſam.
Sic aliquis flentem felix ſpectare Dionam
Defuncti Iuvenis læta tulit pretia.
At Dea nec nudam ne ſe jam ſentit amictam
Tota ſuo jam jam quæ immoritur puero.
Non ſpacium verbi dolor Importunus habebat,
Sed loquitur flendo plura ſante ſilens.

A latere hoc alas demiſſus, & ora, Cupido,
Mollia funeſtis tota lacer digitis.
Stabat, inexpliciti luctus cauſſamq́, caputq́,
Invidiam Martis, matre vetante, canens.
Inde ales Charitum demiſſo triga capillo,
Nominis ulterius nulla futura ſui,
Obnuptos vultus collectâ veſte tenebant,
Quas tamen erumpunt cum gemitu lacrymæ.
Ipſum, ſi qua fides, ſpectantem talia facta
Rivalem fama eſt condoluiſſe Deum.
Sparſa coma ex humeris flavo fulgore, rigebat.
Lumina Mors atris obruerat tenebris.
Pallebant vultus, qualeis adamaſſe Dionam
Credibile eſt; labris fugerat omnis odos.
Spirabant nil jam, modo nectaris ebria ductu
Oſcula, ab ambroſijs recta ſupercilijs.
Iam niveum femur atroci loca læta cruore
Inquinat, in quibus ipſe ante ſedebat Amor.
Qui roſeus color ante puellum, albusq́, tenebant,
Lurida pallenti membra ſitu fugiunt.
Pes agilis torpet, venabula fortia dextra
Necquicquam amplexa eſt aureolis digitis.
Circum fida canum luget vis carmine triſti,
Deſertam domini copulam amans manibus.
Hi circum ora etiam captant morientia voceis,
Et fruſtra juſſus ſpe capiunt dubios.
Ipſa Dea ingenuos commentabatur Amoreis.
Talibus argutè vocibus illacrymans.
Vocibus, ex imo queis dum ſuſpiria rupit
Corde, ſibi viſa eſt & Dea poſſe mori.
Diva quid, ah, video, mihi tu, chariſsime Adoni,
Mors immortali certa futura, jaces?

Vix ea ab invitis redimebat dicta labellis,
Semiruta abſorptis dicta ciens lacrymis.
Cætera ſunt, ô Adoni mane, mane Adoni Dionam,
Imparibus vox eſt prodiga nominibus.
Mox tota in niveum, defectâ mente, Cadaver
Sponte ſuâ laſſus procubuit pedibus.
Illius exſangueis artus complexa tenebat
Artubus, in functos quos numerare queas.
Lumina ſic oculis, ſic oſcula nota labellis
Implicat, ut mœſtam liberet ex ſe animam.
Illam illa in funus chari fudiſſet Adonis,
Pluſquam exſtincta ſuo dimidia in puero.
Perſephone reſtat, nec ſata immitia cedunt,
Omnia qui frangit, ſtamina ſervat Amor.
Sic Dea, ſic juvenis communi in nocte jacebant,
Mortuus hic, morti proxima, diva Venus.
Mollia jam arſuro conſtringens brachia collo
Et manibus, victas morte, ſecuta manus,
Gaudia quin ſua torpentem ſinus ambit Amorem,
Et gremio incaſſum ludicra bella movet.
Non ille exſtinctos uſquam deflexit ocellos,
Orave ſenſerunt ſuavia purpurea,
Non dextra in dextra, pede non pes vivus amato eſt,
Nulla jã reſponſant pectora pectoribus.
Carmina deliciis errantia mollibus, & ſe
Dulcibus exuſtam lingua Cupidinibus
Expediens lente, jam tota obmutuit, ah me
Blæſa ubi jucundo verba lepore tua?
Oris amabilitas ubi, ſemiſopora ſuſurrans,
Ut dubium ſilvis Luſcinia orſa melos?
Ante omneis Veneres noſtras, tela omnia Amoris
Illa meis chariſin invidioſa Charis?

Omnia crudeli mors inſandiſſima luctu
Ipſas mors etiam proruit atra notas!
Auſa femur niveum roſeo ſparſiſſe cruore,
Auſa Deam puero mors ſpoliare ſuo!
Talia congeminans vulnus dea vidit apertum
Et ſubito tortis languit ex oculis.
Claram acies aciem Solis clarore refutans
Palluit hoc uno nomine cum Venere.
At Charites puero pueræ fecere ſepulcrum,
Funera quæ mater, carmina dixit Amor,
Annua feſta Venus repetito carmine ſervat
Lecta Bionæis dicta ciens tabulis.
Et capite avulſis tumulum redimire corollis
Triſte, velut raptâ luce, levamen habet.

ELEG. II.
Venus Anadyomene.

CRedibile eſt, Venerem naſcentem vidit Apelles,
Nuda Cytheriaca dum natat in pelago,
Pubetenus formoſa exſtat ſuper illa figura,
Naturam viridi ne tegat umbra ab aqua.
Perſpicua hæc: quippe alma dea eſt rebusq; gerendis
Iſto cum parvo ſit puero domina.
Principium fatis quod ei puerog; tributum eſt
Flammiferæ matri, flammiferæ ſoboli,
Cum nondum ſicelice virum ſpoliaſſe paternum
Nativorum finxit Græcia Cœligenam.
Non tegit illa Roſam, ſed cana per æquora monſtrat
Quæ divæ tenero nata modo in gremio.
Ob quam Vulcani captabunt Retia Martem,
Subſeſſorem alio prenſibilem in thalamo.

Et

Et cur aureolam Veneris tegeret roſam in horto
Palma, cui è cunctis debita palma deis?
Prævia ſax Solem hæc repetendo inducet Olympo,
Lunaq; reget luce facem roſeâ.
E ſtellis eadem ſemperflorentibus una,
Vna umbras ſtellarum è numero faciet.
Illa obiens, rediens, genitalia ſemina rebus
Altividâ puro rore dabit ſpecula.
Conceptus magna in terra, legemq; fovebit,
Suavia ſubnectens vincula concubitûs.
Illa eadem ter centum explebit lucibus orbem,
Quadraginta octo ſi ſuper addiderit.
Diva, tuis opibus dextram noli invidioſam,
Obÿcere, has blandi cernere avent oculi.
Vivida in hos ſulcos ſeges eſt mittenda virilis,
Pugnabit Mars heîc crebrior ac Thracia.
Huc genitali arvo cum ramus ab arbore magna
Inſeritur, charam ſtirps generat ſobolem.
Paullum attolle oculos: viden' iſta rubentia poma
Fas quibus eſt ſummos oſcula ferre Deos.
Quorum præ caſia, quorum præ ſtacte & amomo
Nautea ſunt divûm nectar & ambroſia.
Hinc gemini exiliunt fontes, candente liquore,
Immortalis erit qui bibet hunc laticem.
Marmoreũ eſt corpus, niſi quod per florida membra
Inſurgit ſuccis ſpiritus ingenuis.
Ille interfuſus Genium diducit in artus
Totam eſſe hanc dicas corculum ut effigiam.
Ingenium vivax in membra inentia ſurgit,
Et quoquo videas cor dominum eſſe putes.
Si malæ rubuere, ſupercilia apta fuere
Reſpondere nigra candidulæ faciei.

Si roſeo tumuere patentia flore labella,
Vt placidum voci dent iter liquida
Si Candore nivem frons, ſi vicêre liguſtra
Colla, ſuperba comæ fluctibus aureolis.
Si vultum in totá, nil præter, ad omnia, vultum
Vultum unum in tota conſpicies dominâ
Flecte aciem ad ſupero lucenteis igne pyropos,
Non tali in cœlo fulgure grata Dea eſt.
Scintillant gemini contra Phœbeia ocelli
Lumina, victoreis dic oculos Dominæ.
Non eſt non ſemper flagranteis cernere gemmas
Pupula queis forma eſt ambitioſa ſua.
Ecce autem corclum dextrâ geſtare laborat
Mille adeo fixum ſpicula per gravia.
Qualia non Pythone exhauſtus Apollinis arcus
Conſumſit, vacuá pene ferox pharetrá.
Candidula heic pictum eſt volitare per ora capillos,
Quos velit extremis diva volare humeris.
Quid ſpumas? viden ut perniciter exſilière
His peſſum uſq; alias, uſq; aliasq;, datis?
Quid monſtri autem hoc eſt? vix dimidia æquoris exſtans.
Fluctibus, & nullo virgo marita viro.
Tot numero pueros, quot vix numerare potiſſis,
Cuncta volatilibus prædita ſecla jubis.
Vt jures ſpectanti iſtis augerier illis,
Deſubitò natis, innumerum numerum.
Credibile eſt, Lector, naſcentem vidit Apelles,
Spectando tu iſtam veram Anadyomenen.
Quam, ſi oculis ſaltim non es vulgaribus auctus,
Iurabis naſci jam magis atq; magis.
Et cupies ſpectare, Dea exeat æquore donec
Creſcere jam viſis ſub pelago pedibus.

ELEG. III.

PVrpureos velut in calyces flos veris adulti
Irriguus ſuavem ſurgit odore animam,
Et pede candidulo ſenſim titubare ſuperbus,
Huc modo & huc croceo nictat amans capite.
Per niveas malas rubicundo pictus honore,
Sole bibens centum verſicolore notas.
Verticis aureoli fallunt ſpecularia cultum,
Luculos dum in ſe mutit abire oculos.
Turgida deſertis exſcendant lumina gemmis,
Cæſiaq; in flavo ſidera flore micant.
Mirus ut exſiliens, ceu viſæ fulmine flamma,
Scintillet Zephyri flatibus igniculus.
Intereà criſpi rugas depellit amictus
Aura, nimis duris in Cephalum manibus.
Seq; inſertam ambit implere volumina veſtis,
Et nitidos ſenſim detegere articulos.
Talis Amor noſter nato modo flore coronam
Imponit capiti, pictior ipſa, ſuo.
Prata per ingenua, criſpanteis floribus herbas,
Incedit, niveo marmore candidior.
At mihi ego unà hujus facie, atq; in amabili honore
Prata omni meditor floridiora roſa.
Non opus heic quoquam florenteis flectere ocellos.
Omnia ſeſe uno ſidera dant ſpeculo.
Hoc quoties mecum adſpicio, fugientia verſant
Seſe in delicijs lumina victa ſuis.
Sidera ſi cœlo florentia noſſe cupido eſt,
Succurrunt gemina cum face aperti oculi.
Dexter in his Phœbus alter nitidiſſima Luna eſt,
Hac niſi quod paribus lumina ſunt radijs.

Stat rubor in vultu Veneri ſimulamen amati
Floris, ut icta lavat ſanguine diva pedem.
Cum nitida accedunt fragrantibus ora labellis,
Alba natant roſeo ſanguine liliola.
Omnia quei dicam? nitidiſsima fingere poſſum,
Quæ poſſum flos hic floribus exſuperat.

ELEG. IV.

VT puerum ſomno vinci Endymiona videbat
Delia, cœleſti tota vacans ſpecula.
Roſcida clementi furans veſtigia paſſu
Deſcendit, nulla nixa pedem ſolea.
Vtq́; etiam atq́; etiam pugnantem vana, ſopore
Claudere jam laſſos, jam reſerare oculos,
Iam placidum ex imo ducentem pectore ſenſit,
Signum compoſiti clarum animi, gemitum.
Obſtupuit teneros vultus, atq́; oſcula ficta,
Singula confuſis ſplendidiora roſis.
Suaviaq́; halantem ambroſio dicteria labro
Spiritum, & uno omnes in puero Charitas,
Conſtitit attonitæ ſimilis, fratremq́; ſuperbum
Gaviſa eſt ſponſi vincier à radijs.
Seq́; etiam toties quæ ſidera vicerat ore
Clarius aſtrum ultro credidit adſpicere.
Iamq́; videnti, igneis adverſa è rupe Cupido
Ter quater arguta congeminat faretra.
Victa Dea à puero eſt, nec, quem pater ipſe veretur,
Imperio neptis mobilis, Oceanus.
Reſtitit igni ignis tam parvo Maximus; & cui
Herbæ vim debent, nulla medela Deæ eſt.

Protenus

Protenus incerta tollit ſua tegmina dextra,
Nudaq; ab invita tota relicta manu eſt.
Mox puerum ſpuma contingens lumina molli
Lethæo vincit victa ſopore oculos.
Tum totum haud denſo ſpolians velamine corpus
Nuda ipſa in nudum procubuit juvenem,
Et fructum optatæ retulit caſtiſsima flammæ
Non ſemel, Imperio fracta Cupidineo.
At Iuvenis, divæ ignarus, ſibi neſcius ipſi
Pro vivente gerit prælia magna viro.
Sic poterat cuſtos deponere Delia moreis,
Sic poterat juvenis dememiniſſe ſui.
At procul aeria pendens è nube Cupido
Viderat in victam ſe domuiſſe deam.
Concilium extemplo cogit petulantium Amorum,
Rex quibus enarrat creſcere regna ſua,
Vt furti ingenium Iovis Omnipotentia ſenſit,
Integra quæ dudum filia caſta mihi es,
Nunc dubio mæſtam cornu populabere frontem,
Dixit; ea in variam mutat eò faciem.
Nec dolet ingenuam furto corrumpere formam,
Non tanti eſt formæ ut, forma, necet pretiũ.

ELEG. V.

PVrpuree, ô Roſa, flos, digito carpende beato,
Si modo concedunt terrigenæ hoc Superi.
Nec te ſepoſuit nato Venus alma, maritam,
Quæ rata compoſitis otia des ſæculis.
Nos tamen infelix veſtri modo Cura fatigat,
Et nova jam antiquis pabula dat facibus.

Mutua non deſunt flagrantis ſigna puellæ,
Quæ malè prima ſolet Simplicitas tegere.
Quid verò inſanùm Furijs me mollibus uram?
Certa hercli eſt nuſquam ſpes mihi pro medico.
Sunt teneri mores, & nulli Ruſtica vultûs
Gratia, quid ſpebus maceror aridulis?
Quod video omne ego ſũ. ſpeculo ceu reddita aprico,
In me flamma mea unum adſiduè remeat.
Quiq; amor unus ego, quiq; ardeo ſolus ego ſum,
Vt puer in charis Liriopæus aquis.
Quod ſi adeo non eſt fido me tangere Amore,
Hæc tibi, Vita, Mago carmine ſacra paro.
Exlex ætatis nullo, temeraria flagres,
Sed tibi in æterna virginitate vaces.

ELEG. VI.

SIc tener ereptâ tabeſcit conjuge turtur,
Solus ubi eſt ſolis incola littoribus.
Nec viridem in ramum mœrentia pectora ponit
Nec requiem feſſis ſcit dare luminibus.
Flet ſua perpetuo viduus infortunia planctu
Nulla datur læſis pauſa cupidinibus.
Vt modo me amiſſa lacerantem inimitia vota,
Spes miſeris ſponſa turbat imaginibus.
Omnia quæ antidea Iuvenantem mollia mentem
Gaudia in ætatis flore mero adjiciunt,
Sordida temnuntur, mutant pædore ſenili,
Apta prius teneris carmina virginibus:
Atq; ea ſi ſolito fati periiſſet agone
Poſſet ori in media morte refrigerium.

Hoc

Hoc dolor inſanit, quod vivens interit, & me
Spe cupidum ardenti perfida deſeruit.
Alterum avet juvenem, trutina depoſtus iniqua,
Mercedem in dictis ridiculis refero.
Ille perit fluvio, me exſtinxerit aridus, eheu
Squalor, ut arva canis excoquit Erigona.
Nec quoi deinde querar ſupereſt triſtiſſima fata,
Vox niſi quæ ſilvis redditur horriſonis.
Ipſa etiam mœrorem auget miſerabilis Eccho
Dum reddit mœſtis carmina carminibus.

ELEG. VII.

FRacta ſatis fauſti, mens nobilis, in mari Amoris
Qui poteris ſævos nunc tolerare Deos:
*Illa meæ flammæ puriſſimus ignis, * **
Vltro animo à nobis ſegrege, commoritur.
Et tamen, ut vivat, non eſt oblita colentis,
Aſſimilet quamvis, flamma male obtegitur.
Aſt meus, optato quoniam deſertus Amore eſt,
Ardor in exhauſtis fluctuat æquoribus.
Orba ratis veluti moderantibus omnia ventis,
Debilis, ut cæſo remige manca, volat.
Inſtat aquis, & aquas dum frangitur ipſa, fatigat,
Et pugnat proprijs obruta funeribus,
Hinc dubium pelagus fremit adſilientibus undis,
Hinc peſſum it puppis barbara, mole ſuâ.
Perdit amor finem ſi finis amantis amari eſt,
Illa tamen demto, væ mihi, fine manet.
O ſuperi, infelix cur umquam turtur amavi?
Nulla erit in viridi jam mihi frunde domus.

Apta

Apta meis annis, aptiſſima moribus una
Quæ mea erat nunc, & ſponte, Columba alia eſt
Perſida, cur formæ mens diſſidet atra nitenti,
Cur cute ſe molli ſaxea corda tegunt?
Scilicet hoc crimen Momi ſollertia carpſit
Priſca, theatraleis urere docta deos.
Bis duo decurrunt, ſpatijs inſtantibus, anni,
Ex quo numquam animo hæc forma revulſa meo eſt
Vt liquor in prunas de Palladis imbre cadebat,
Semper amore meo fit nova Cura recens.
Sic mihi dent ſuperi poſthac te cernere noſtram,
Vt mage de nulla vera cadant tripode.
Nunc miſero in pœnam, fati vi, præmia vertunt,
Et tanto eſt merces parta labore, dolor.
At poterant, ubi adhuc hærerem in cortice primo,
Omina me inſtantis commonuiſſe mali.
Et quoties vidi, propior cum ſtare viderer,
Riſibus obliquis velle placere alij.
Viſaq; neglexi, puroq; ab Amore refudi,
Omina quæ medijs diſſita ſunt trivijs.
Nunc mihi ſera venit poſt Curas, Cura dolendi,
Et votum eſt aucto porro dolore mori.
Tu tamen, hoſtili quæ fraude rependis Amorem,
Et modo, me ſpreto, nomina vana colis.
Ominor argutæ, reſponſet ab æthere pullo
Oſcen, & addicat mi tua ſervitia.
Tempora vertentur, ſpernam, quam pronus adoro,
Nunc ſpretum oratum ſponte puella aderit.
Interea fallax Amor, atq; injuria Gaudens,
Infortunato læta Colente, Vale,

ELEG.

ELEG. VIII.

BArbara ſi Arſacidũ retro agmina verſa iuberet,
Victricem mundi ſi canere almam Aquilam.
Ingenÿ vireis non deſidis incluta frangant
Facta tuæ æternæ, Dive Rodolphe, domûs.
Nunc cum omnẽ invicti poſuiſſem Martis amorem,
Et cuperem puras ſanguine habere manus.
Vltro alia in pugnas me caſtra, in claſsica cogunt
Altera, ubi eſt hoſtis mî mea Simplicitas.
Parce Venus vatem gracili temerare ſuperbum
Carmine, in Herculeo eſt fortior ille pede.
Si gravibus non eſt non indulgere duellis,
Otia ſi noſtris res inimica modis,
Dignior in numeros vates bacchabor apertos,
Et Tragicum magno ſyrma furore traham.
Cæca quid ignotis involvam carmina nugis?
Qualia veratrix Aeolis orſa canit.
Terribilem ſtringens folÿs horrentibus auram
Quam vomuit ſponſo virgo repleta Deo.
Nos at avi imberbes annos puerilibus auſis
Subtrahere, à Bavaro ſtemmata ducta, iubent.
Quid pigrum imbelles numeri retinetis amantem?
Moribus adverſa eſt regula veſtra meis.
Ite Magiſtraleis in pulvere quærite tetro,
Non mea larvali eſt apta ſitu, ſpecies.
Tu, genus Auſtriacum, divorum æterna propago,
Imperium ultra omnes tendere digna polos.
Tu Thracium impoſitis pedibus calcare tyrannum,
Atq; Aquilam in Lunæ ſiſtere læta caput.
Quattuor immenſis mundum fulcire columnis
Apta, atavis animos æquiparare deis.

Tu vatem è medio rapiens Helicone ſuperbum
Vltro adhibes ſactis, dia quadriga, tuis.
Te canit, & toto numeros in Apolline vibrans,
Poſtgenitis aperit grandia facta viris.
Vt molem imperij Germanam, & pectora gentis
Invicta una ingens ſpiritus intus alat.
Vtq; parens Patriæ, Clementia dia Rodolſi,
Priſca ſub exemplo facta recente premat.
Illum Aſia regnis jamdudum inſtare tremiſcit,
Thracia non æquo Regna furore tenens.
Pugnacem in ſuperos clypeum, undantemq; ſagittis,
In ſua caſtra retrò pallor agit faretram.
Nec lætum Hungariæ regnum inceſtare laborat
Tartara, Tartareo ſemina nata, cohors.
Infeſtum Europæ mucronem condidit ingens
Latro Aſiæ, & pacem, munera magna, petit.
Aurea ab antiquo redeunt jam ſecla metallo,
Et nova, ceu Cœlo principe, jura ferunt.
Ponite jam ferrum, niſi quà Pax optima poſcit,
Rectus in obliquam falcem abeat gladius.
Quiſq; potens operum placidæ ſub lege quietis,
Otia ſecura mitia mente colat.
Inter opus tua facta canat miranda, RODOLPHE
Ingenio veſtris redditus auſpicijs
Mundus; & ut feſſo capiat nova ſidera Atlante
Contrahat in cœlo Caſſiepæa ſinus.
Te ſuperis æquævum atavis, te vivere dignum
Aeternos ultra, perpete flore, dies.
Purpurei Soles lætu majoribus addant
Secla tria in numeros poſtquam abiere decem.
Vt per te parta mortales pace fruantur
Præſide te, interſis laudibus ipſe tuis.

Quamquam ut poſteritas has enarrare potiſsit,
Non ſperare licet, ritè vovere licet.
Tu niſi, quæ condis, cantes quoq; ſecula princeps,
Sic poterunt numeri prendere facta tua.

ELEG. IX.

ABſentem Curæ quæ me per millia centum
Vritis, exemplis omnibus oppoſitum.
Quis truculenta dedit vobis ea jura dolorum,
Exſulium vitæ queis mala mors ſequitur?
Anne aliquis poſthac experturum iſta putet ſe,
Aut expertum antehac quæ modo ego experior?
Abſenti cui alio ſua vita in corde ſepulcrum
Quærit, & in proprio ſe ſepelit cinere?
Scilicet hoc nobis decantavère Poetæ,
Sæpe meo magno factio riſa malo.
Vt, miſer, infelix, & ſpe projectus ab omni
Non niſi in alterius vivere corde queam.
Vt mea tot de me ſeceſſerit unica vita
Millibus, ipſe abiens prorſus obire ferat!
Non aliter vaga Blanduſio ſuper amnis Leporum
Omnividi ludunt flumina Solis equos.
Vt puer accedens vel lævis pectora Nais
Deprendi manibus poſſe putet radios.
Illi in aqua effigiam Phœbi meditantur, & illinc
Cœleſti opplebunt luce fugacem oculum.
Sic mea, quæ dubijs abſens modo fluctuat undis,
Vita tamen præſens cernitur eſſe mihi.
Nec quæſita tamen paret, nec perdita ceſſat,
Adfectu vivens commoriensq; alio.

Intereà mœſto ſolatia ferre receſſu
Sola Comes nobis dia Camœna cupit.
Illa inlibati teſtis ſpectata doloris
Omne quod adverſum eſt eſſe ab amore docet:
Cætera me libris abſcondita cuncta relinquunt,
Quos procul à nobis ſors peregrina tenet.
At pia nec curis nec Lethes nube profundâ
Obruitur, vitam Muſa imitata Deûm.
Hæc docet exanimem dulci revireſcere vitâ,
Cum ferus oppugnat pectora Vatis Amor.
Hac ſine, fraternis ut quondam ſaucia flammis,
Biblis in ingenuo flumine delicuit
Abſentis deſiderio confectus Amicæ
Vidulos pridem totus eam in cineres.
Spiritus aut ſimul evulſo cum corde recedens
Liquiſſet Corpus me rigidum exanime.
Gratia ſit Phœbo, cujus puer orgia, primo
Lacte ſimul, caſtâ de genitrice bibi.
Millia me centum diſpeſcunt à meo Amore,
Millia centum unum Phœbus habet ſtadium.

ELEG. X.

HOs oculos, perſæpè meis qui fletibus udi,
Ignea amatori carmina deſpuerunt.
Quos mea quottidie vitai ſumma ſub ipſo
Suſpirat mortis dulcacidæ articulo.
Qui mihi ſunt gemino pro Sole & luce Dianæ,
Cum potant noſtris flumina de lacrymis.
Hos ego nec moriens, mea lux, amittere poſſum,
Baſia quin illis poſt mea fata feram.

Tu

Tu vero, ô ſemper vitæ mihi cauſſa recentis,
Dexter, in alterius cedere jura velis.
Vt mihi ſuſsilias læva ſpecie omen amicum,
Tu mihi tu dextris, læve, ſali alitibus,
Voſq; ſuperciliis nigri nictantibus arcus
Arbitrio quorum credita vita mea eſt.
Nigranteis radios paullum mihi cogite in umbras,
Sub quibus ipſa ſuam Cypris habet platanũ.
Frons oculis accenſa tuis, ut lumine valgo
Phœbus inoppoſitum ſponte rapit ſpeculum.
Quam niveæ Charites campum nactæ, inter Amorũ
Suſsiliunt doctè purpureas choreas.
Aureoli crines, quos ſi Phœbeia dicam
Spicula, mollicies, non mihi fulgor obeſt.
Ite aliquà paullum, ſpacium concedite nobis,
Molle aliquid lepidumq; oſcula ſola volo.
Oſcula quæ licitum eſt nuda mihi dicere voce,
Non & qualia ſint dicere voce mera.
Oſcula ni Veneris quis dici poſſe putabit,
Praxitelis docta condita labra manu.
His Venus ingenui reſerat ſacraria ceſti,
Et supereſſe ſuis multa videt ſaculis.
His ego ſæpè diem cum perpete nocte pependi,
Vberibus qualis primula filiola.
Ergo agedum in parteis nunc oſcula ſola venite,
Oſcula fons animæ diſcidiumq; meæ.
Nunc roſea iſta labellula pandite, ô oſcula bella
Semihiulca mihi pandite ſcriniola.
Vt mea cum veſtris compingens oſcula labris,
Dulce animæ feſſæ pabulum ibi inveniam.
Imo adeo ut feſſam tibi mentem inſpirem animi ipſam
O mea me fugiens vita, inibi latitans.

Intereà mœſto ſolatia ferre receſſu
Sola Comes nobis dia Camœna cupit.
Illa inlibati teſtis ſpectata doloris
Omne quod adverſum eſt eſſe ab amore docet:
Cætera me libris abſcondita cuncta relinquunt,
Quos procul à nobis ſors peregrina tenet.
At pia nec curis nec Lethes nube profundâ
Obruitur, vitam Muſa imitata Deûm.
Hæc docet exanimem dulci revireſcere vitâ,
Cum ferus oppugnat pectora Vatis Amor.
Hac ſine, fraternis ut quondam ſaucia flammis,
Biblis in ingenuo flumine delicuit
Abſentis deſiderio confectus Amicæ
Vridulos pridem totus eam in cineres.
Spiritus aut ſimul evulſo cum corde recedens
Liquiſſet Corpus me rigidum exanime.
Gratia ſit Phœbo, cujus puer orgia, primo
Lacte ſimul, caſtâ de genitrice bibi.
Millia me centum diſpeſcunt à meo Amore,
Millia centum unum Phœbus habet ſtadium.

ELEG. X.

HOs oculos, perſæpè meis qui fletibus udi,
Ignea amatori carmina deſpuerunt.
Quos mea quottidie vitai ſumma ſub ipſo
Suſpirat mortis dulcacidæ articulo.
Qui mihi ſunt gemino pro Sole & luce Dianæ,
Cum potant noſtris flumina de lacrymis.
Hos ego nec moriens, mea lux, amittere poſſum,
Baſia quin illis poſt mea fata feram.

Tu

Tu vero, ô ſemper vitæ mihi cauſſa recentis,
Dexter, in alterius cedere jura velis.
Vt mihi ſuſtilias læva ſpecie omen amicum,
Tu mihi tu dextris, læve, ſali alitibus,
Voſq; ſupercilijs nigri nictantibus arcus
Arbitrio quorum credita vita mea eſt.
Nigranteis radios paullum mihi cogite in umbras,
Sub quibus ipſa ſuam Cyprus habet platanũ.
Frons oculis accenſa tuis, ut lumine valgo
Phœbus inoppoſitum ſpontè rapit ſpeculum.
Quam niveæ Charites campum nactæ, inter Amorũ
Suſsiliunt doctè purpureas choreas.
Aureoli crines, quos ſi Phœbeia dicam
Spicula, mollicies, non mihi ſulgor obeſt.
Ite aliquà paullum, ſpacium concedite nobis,
Molle aliquid lepidumq; oſcula ſola volo.
Oſcula quæ licitum eſt nuda mihi dicere voce,
Non & qualia ſint dicere voce mera.
Oſcula ni Veneris quis dici poſſe putabit,
Praxitelis docta condita labra manu.
His Venus ingenui reſerat ſacraria ceſti,
Et ſupereſſe ſuis multa videt ſaculis.
His ego ſæpe diem cum perpete nocte pependi,
Vberibus qualis primula filiola.
Ergo agedum in parteis nunc oſcula ſola venite,
Oſcula fons animæ diſcidiumq; meæ.
Nunc roſea iſta labellula pandite, ô oſcula bella
Semihiulca mihi pandite ſcriniola.
Vt mea cum veſtris compingens oſcula labris,
Dulce animæ feſſæ pabulum ibi inveniam.
Imo adeo ut feſſam tibi mentem inſpirem animi ipſam
O mea me fugiens vita, imbi latitans.

Teni ego te, fugitiva, & cerno, & prendere viſus
Non poſſum in me è te protenus extrahere!
Verum ego nunc lingua tibi peſſulũ ita obdere captæ
Sic volo ne poßis poſtidea effugere.
Ah me, etiam veſtra victa eſt mea lingua duello,
Vnde adeò porrò verba mihi inveniam?
Vixi anima mea vita tua puer, hactenus, ex te
Dulce trahens animæ languidulæ officium
Nunc etiam lingua veſtra mihi deinde loquendũ eſt?
Oſculum an hoc unum ſolum ita mi nocuit?

ELEG. XI.

Hos oculos ego & iſta ſupercilia, & labia iſta,
Summa, totam iſthanc linquam ego nunc faciem?
Ergo nec lacrymis toties liqueſcere fuſis,
Nec potui veſtris immori imaginibus?
Quas ego ceu vivas vivo de fonte trahebam
In mea, perpetua flaccida corda ſiti.
Vnde animo in teneros data vis eſt maſcula verſus,
Quam, niſi amator, homo nullus ibi inveniat.
Ergo nec lacrymis potui liqueſcere, nec mi
Oſcula letali melle tot obfuerunt?
Vt ſaltim à luctu præſenti me mea peſtis
Solveret, in latos lata cruenta dies.
Et tamen optandi ſpecies gratiſſima leti eſt.
Quæ viridem ætatem nulla vocata rapit.
Sera venit votis optata querentibus ante
Mors, ſibi quam victam quilibet eſſe putat.
Tunc poteram felix & honeſto funere fungi,
Quum poteram medio cedere flore meo.

Nunc etiam vivusq; vidensq; mea oſſa ſaluto,
    Ter cineri infundens candida vina pio.
Salvete ô manes noſtri, diſceſſimus ante
    Quam nos mors vitæ ſolveret hoſpitio.
Ter ſexagenum lapidem quis vivere poſſit?
    Hunc ego ſemotus vota mea adſpicio.
Te procul adſpicio, qualis ſub nocte ſilentum
    Somnia non verá diffugiunt ſpecie.
Nec minus extorri mens corpore reſtat ibi, unde
    Sunt deſiderijs ſemina ducta meis.
Parce tuis oculis, nec adeſſe vidêre remotus,
    Præſentem abſentis lege perire cavens.
Ter ſeptem luces ab amato pectore duxi
    Quantum confectum eſt per mihi tempus iter.
Ter ſeptem luceis ter ſeptem ſunt ſuper annos;
    Hei mihi lux lucis maxima pauperies.
Te ſine ſeptem annos ſeptem feciſſe diebus,
    Plus ſeptem vicibus interijſſe mihi eſt.

Eleg. XII.

CVm te inhians avidè, mea lux, grata oſcula poſco,
    Vt cupidæ cupidi labra labella terant.
Iamq; oculi ſeſe coniunctâ luce fruuntur,
    Adverſo ut pulſum fluctuet igne iubar.
Tela meorum oculorum, oculis veſtratibus icta,
    Vſq; retrò ipſam animæ mi penetrant animam,
Veſtra autem victrix acies inſtantia torquens
    Fulgura, non ex ſe noſtra redire ſinit
Lumina, quæ in ſeſe cum iam ſint penè ſepulta,
    Vt vix rimando ſe reperire queant.

Tantum oculis tamen exſtat amantibus hinc, quoq; lucis
Tam crebra ut labijs oſcula ij invideant.
Hinc pugna exoritur, dirimit neq; miſsio pugnam,
Grata eſt civili tanta duello opera.
Sic quotiens valgam ſucti oris amabilitatem
Unaq; de geminis facta labella labris,
Et ſuaveis animorum aditus, reditusq́; fugasq́;,
Et victæ in ſeſe dulcia bella animæ,
Et quæ non fas eſt cupientem edicere quemquam,
Et quæ, ſi fas ſit dicere nemo queat,
Sic, inquam, quando hæc ſua ab arce oculus videt ardens
Iuſtum obtutum hirquo frangit adulterio.
Atq́; labella inhians furatur baſia hiulco
Lumine, aperti oris per ſpacia inſiliens.
Atq́; inibi exſtanteis animas de corpore, paſcens,
Vt jam confuſas cernere eas valeat.
Inde aliovorſum procedens, tramite verſo,
In gemino reperit lumine florem alium.
Nam dextro frater cum ſe lævum obvius infert,
Invidet altello purpuream faculam.
Atq́; ita pugnanteis obverſi luminis in ſe
Alter ab alterius mutua luce nitet.
Sic oculis facies mutat fulgentibus omnis,
Et toti vultus baſia priva vident.
Illa vident, ſimul exercent, ſimul exercentur,
Hâc pax præ pugnâ pugna cruenta mihi eſt.

ELEG. XIII.

SI *ſine Pœnâ aliquem Sors indulgeret Amorem,*
Nec foret inſtabili tanta Bono Levitas.
Nil aliud tanto conditum melle placendi
Donaſſent miſeris numina Terricolis.
Hæc ego cum nondum poſſem ſentire, videbam,
Audibam nondum tota videre potens.
Sentio nunc juvenis, molleis egreſſus ephebos,
Væ me! anni poterant amplius eſſe rudes.
Quem pueri tetigit non evitabilis arcus
Et tenet à nervo pulſa ſagitta ſemel.
Non habet à puero flexos defigere ocellos,
Mille licet pro unâ luce ferat nebulas.
Mille licet ſolvat unâ pro funera vitâ,
Mille puer pro uno melle venena ferat.
Cordolia atrato funeſtant gaudia fine.
Millia in his, ah me, mille dolorum habitant.
O inſane puer, quamvis tibi fronte jocosâ
Condantur riſus, Ultima planctus habet.
Dulcis es, aſt odio es, riſu lacrymaris in ipſo,
Suavis es, at nihil es, trux niſi Amaror, Amor.
Carmina lætantum convivaleisq; ſuſurros,
Funereis mutas, cum lubitum eſt, lacrymis.
Quæ ſapiunt, fatua eſſe facis, deliria cum vis
Socraticos poſſunt æquiparare Senes.
Cum tener & durus, cum ſis levis atq; ſeverus,
Candida cum mutes ordia fine nigro,
Gaudia triſticia cum dimidiata refutes,
Moribus apta ſiet regula nulla tuis,

Ipſe ego cum pereo te cognoviſſe profeſſus,
Omneis ut caveant, præ cane & angue, rogo.

ELEG. XIV.

SI, quoties in te morior, mea Vita, reſurgam
Triſtem eſſe hunc dicat Parca frequentem obitum.
Nam mihi, te amplexo cum Mens excedit obire
Præ vivendi omni lætificum ingenio eſt.
Heic repetit vitæ primordia prima renatæ
Libera cum mens ſit corporis induvijs.
In veſtros quoties anima exſpatiatur ocellos
Clarificorum aſtrorum inſpicere eſt animas.
Florenteis pace æterna tum pupula divos
Oſtendit, tota mente recepta mihi.
Naturæ omnipotentis amabile ſidus, ô ingens
Sol animæ, Mundi Sol, Amor, Ingenium.
Quis puerum docuit tam fortia ſolvere membra?
Mars, ut cera, tuis liquitur à radijs.
Tu fons Ambroſiæ es, cuius per flumina dia
Eluitur, ſi quid Mortis in imperio eſt.
Nuſquam Animi requiem vigil invenit Ardor, Amando
Cœleſtis faculas fas reparare aciei.
O illibati vivax Victoria floris,
Cui nequeunt canis ſecla nocere Rotis.
Poſtquam defeſſæ data tu Reparatio menti es,
Divinam membris ſe ſupereſſe putat.

ELEG. XV.

EFſigiam Lunæ quoties pallere videbis,
Oppoſita terra fabula ei umbram obicit.
Non eſt hæc veſtro data fabula vera dolori,
Noctirega, ô Bigis, Luna, bovipedibus.
Endymionæos tum commentaris Amoreis,
Et tecum in vacuâ tota ſedes ſpeculâ.
Sidera ſi tangunt cœli immortalia flammæ,
Et mutant ab Amore aſtra graveis faculas.
Quis me pallidulo confectum florida membra
A deſiderio, ſpernere Momus habet?
Audite ô cœli ſi quis alta Palatia divi
A puero quondam victi, agitis Veneris.
Audite ô divi, quondam mortalia paſſi,
Et cauſſam heic voſtram, fata ſevera, aginius.
Ardemus miſerè, miſereq́; accendimus, & ſit
Pro deſiderio mutua pompa gravi.
Pallidulos non eſt evolvere mentis ocellos
Vſq; animæ mentem flamma rapax penetrat.
Audite ô divi, felici ignoſcite flammæ
Inſortunata hæc mitior eſſe poteſt.
Tollite de noſtro quadam proſperrima Amore,
Subſidiis propriis ignibus ardor edax.
In Cinereis it vita, volens comburere ſemet,
Hac ut fine ſuo tam bona fata necet.

ELEG. XVI.

SAltim iſthuc tumido non ignoſcatur Amori
Ignoſcit tumidus quod nihil ille ſibi.
Quis Cephali manibus dignum putet eſſe furorem?
Sponſa tamen Cephali procubuit manibus.
Si caſtam in thalamo vir non tentaſſet adulter
Viveret, Aura nihil ni levis Aura foret.
Aura nihil tamen eſt, vitam expugnavit adulter
Conjugis, expugnatâ ante pudicitiâ.
Sic eat ingratis ſi quis non fidit Amanti,
Illa nocens quamvis, iſte tamen pereat.
Ordo ſed in multis hæc cum conturbet Amandi
Innocuus noxæ ut debita fata ferat.
Bis pereat ſecreta ſui qui quærit Amoris,
Et peryt ſi, quæ quærit, ea inveniat.
Ignoſcit tumido ſibi nil Deus acer amandi,
Vindicat ingenio ſacta ſuo ſcelera.
Candida ſecuris decurrant tempora flammæ
Rimator numquam, quæ timet, illa neget.
Eſt aliquid lepidis ſecuros eſſe puellis
Incuſtoditum ſanctius hoc genus eſt.
Bis fatua eſt quæ non cœpit cuſtodis ab æſtu,
Eunucho digna eſt illa premente tegi.

ELEG. XVII.

POſtquam in te ex me abÿ, ſcripſi tibi pauca, Neæra,
Carmina, Iudicio non ſatis apta meo.
Quicquid Amor ſignavit in hæc, res ſit licet ipſa,
Oblitus tamen iſta omnia dudum ego ſum.

Atq́ʒ aliȷs ſi quis manibus, ſi mente alienâ
Scipſerit, hæc animo ritè ſedere queant?
Te tamen hoc oro, genium concede Camœnis
Diva, Camœnarum omniûm inſtar habens geminum.
Inſpirantem auram cum ſenſerit acer Amator,
Deliquio poſſit conſulere inde ſuo.
Me levis exitiȷ dudum concepta Voluptas
Poſtquam obiȷ in te abiens, vivere velle negat.

ELEG. XVIII.

UT Roſa, Pæſtani cui ſe viridaria campi
Purpureis latè ſubiȷciunt oculis,
Mane viget Veneris, pulcerrima tota, colore,
Et ſuavi ingentem faſtum ab odore gerit.
Cui Viola, & lacrymis Hiacynthus Apollinis auctus
Narciſſiq́ʒ comâ cedit Amor crocea.
Et quicquid florum eſt ſive Ennæ in vertice ſummo,
Sive etiam in campis, Hybla ſuperba, tuis.
Aſt cum Sole ſuo fugiens duplicabitur umbra
Languida torpidulo prima jacet capite,
Nec decoris priſci nec odoris amabilis ultrà
Nec memor imperiȷ in florea ſecla brevis.
Sed pede cæca natans arenti flumina Lethes,
Deſerit ornatus, pulcra puella, tuos.
Talis homo Iuvenis, qui, dum flos veris aperti
Ornatum donis conſpicit innumeris,
Ingeniȷ vero à tollit gravitate decorum
Corpus, ubi faſtu molliter intumuit.
Sole ſub occaſo ſed, cum lux maxima Vitæ eſt,
Deciduis ſubito deſeritur ſoliȷs.

Vt levis exacti falcem meſſoris ariſta
Sentit prima, nitens vertice conſpicuo.

ELEG. XIX.

MArtia quîs libitū eſt, ſectentur caſtra, Neæra,
Nos juvet in molli pace, quietus Amor.
Numquam deſidia marceſcent ocia noſtrâ,
Continuat forti prælia Amor thalamo.
Tu modo tu nolis annos, mea Vita, moranteis
Ancipiti nimium præcipitare fugâ.
At facis hoc: quid enim illa, quid exſtruere iſta.
Caſtella in labijs attinet aureolis?
Quæ quoties video, aut pereundum vive dolore
Aut frangenda mihi, ſtructa ideo, video.

ELEG. XX.

QVid mî abs te quæram toties moriendo, Neæra
Vt vita hinc ſurgat ſuavior & melior,
Conijcere in facili eſt; ut ſpiritus ille, tuiq́ꝫ
Pectoris in me habitans, incola ſancta, anima,
Vt vitam junctim coluerunt vivo in amore,
Sic vitâ ſimitu cedere ſe inſtituant.
Nam quoties noſter tecum ex me ſpiritus errat
Ipſe tuus toties deliquium patitur.
Idem ubi te è vitâ diſcedere velle videt, ne
Criminis immenſi ſit, meus invidia,
Protinus Elyſij nemoris ſibi debita linquit
Regna, iterum in veſtro pectore ſecum habitans.

ELEG.

ELEG. XXI.

QValia Cadmæus conſpexit corpora divâ,
Invidiæ interitus notus, Agenorides,
Talia ègo, obtentæ rupto livore feneſtræ,
Dum lavat in vivo flumine, noſter Amor.
Limpha polo demiſſa, orta in convallibus almis
Aut Iovis, aut Ioviæ conjugis in gremio.
Terq; quaterq; mihi felix perhibebere, dum non
Candida cærulea corpora veſte tegas.
Vatibus Actæon Fortunæ Fama ſiniſtræ eſt
Dum fas eſt viſas morte luiſſe Deas.
Idem inter cunctos ſit feliciſſimus Heros
Si poſſet viſas cui retuliſſe Deas.
Cedite Perſarum Reges, Lydiq; Dynaſtæ,
Tu quoq; Romana Conſul in urbe quater.
Vidi ego divino ſpectandas lumine divas
Et de tot viſis ingenium arripio.

ELEG. XXII.

CAndidulæ Veneris commendet Epiſtula Famæ
Qualia, cœleſti carmine, furta ſua.
Martius ut Solis deluſerit ales, eburno
In thalamo Vulcani, omnituentem oculum.
Vt Phrygio Anchiſen ſit paſſa dea alma ſub antro
Rerum unde Aeneæ condita Roma caput.
Ipſius & divæ qui dextram noſſe volentis
Scribentem in nivea concupiet tabula.

Candidulos numeros, & ſimplicis orſa Tibulli
Delia queis vatum cuncta premit genera,
Ediſcat, Venerumq; omneis Charitumq; Nitoreis,
Blanditiarum omneis noſſe putet numeros.

ELEG. XXIII.

QVi jam aliud nequeo, ne fax ſe mutua prodat
Notaq; in obſcurum fabula vulgus eas,
Hoc tamen in veſtri, gratam, ceu ſpero, futuram
Gratiam, amans toto corde, Neæra, patro.
Quiſquis erit mecum qui me modo noverit ante,
Indicio poterit te benè noſſe meo.
Cum Roſa, cum Violæ ſuavi certent in odore,
Aut ſi quid violis heic prius atq; roſa eſt.
Cum Melimela inter, fructuum dulcedine, ſecla,
Obtineant cunctis nobile principium.
Tu tamen eſſatu nobis jucundior uno es,
Omnia quam Melimela & Violæ, atq; Roſæ.
Nomen in heu poſito concluſum carmine veſtrum,
Hei mihi, lingua meo eſt promtior Imperio.

ELEG. XXIV.

TRojano Paridi nec non Grajo Menelao
Lis magna ob raptam nobilis eſt Helenam.
Alter conjugio tenuit, ferus, alter, adulter
Hoſpitij raptu jura profana facit.
Nil famæ ulterius meretrix Argiva tenebit,
Lux rea cum caſto pectore rixa Deûm eſt.

Fuſcinæ

Fuſcina Neptuni, Fulmen Iovis, arcus Apertæ,
Mercurij virga & clava Trinoctigeni.
Thyrſus Iacchides, fax, tela, Cupidinis arma,
Mutua civili vulnera clade cient.
Omnia quæ docti ſic reddidit ars pictoris
Claſsica ceu pulſis jam reſonent typanis.
Quiſquis es, intuitui magnum debere profeſſus,
Ter quater ori apta ſuſta precare manu.

ELEG. XXV.

CVm Venus exſtinctum cecidiſſe videret Adonin,
Cypriacis currum cincta volans Chariſin.
Cygnæos dextrà deflexit, ſæva, volatus,
Colla canorarum retro adigens avium.
Turgidulis læva lacrymas deterſit ocellis,
Mox campum ſpretis inſilijt pedibus,
Tota ſuperfundit jam ſe mœſtiſsima Adoni,
Et charum arguta voce iterat puerum.
Quem caput indignum cum ponere ſenſit in herbam
Et notis fruſtrà ſollicitari oculis.
Suavia purpureis infixit anhela labellis,
Queis animam in charas mitteret exſuvias.
Ille jacet, jamq; in Plutonia regna receptus,
Fatali crinem perdiderat ſpolio.
Prima tamen ſenſit ferventis ſuavia divæ,
Pallida crudeli lumina nocte levans.
Quod Dea cum vidit, certantibus oſcula baſijs
Vſq; alia ingeminans uſq; alia ingerere.
Omnia quæ mater tellus in Amore recepta
Purpureis ſollers educat in violis.

Vnde ferens molleis, Puer enduperator Amoris,
Nectarea ſuccos temperat Ambroſia.
Inde genas tinguit Chariteia triga Neæra,
Cuncta ſuis addens munera de faculis.
Hinc, Violis quoniam ſunt mollibus oſcula mater,
Oſcula purpuream cuncta inhiant faciem.

FINIS.

CASP.

CASP. BARTHI

JAMBORUM

LIBRI DVO.

Ex meris conſcripti.

CASP. BARTHI
JAMBORUM
LIBER PRIMVS.

CARMEN I.
Ad Deum Opt. M. à latrone liberi.

PIum eſt, pericla cujus ex ope effugis,
Huic dicare gratias.
At, ô ſupreme Conditor, fidelium
Parens benigne, queis tibi
Tuæq́; digna poſſiem, ore frivolo,
Sonare dicta Gloriæ?
Vel in me, avara quem feroce læſerat
Abuſa Fors potentiâ.
Quod actum, in ora mille ſi fluam tamen
Nec adſequi aut ſequi queam.
Nec umbra nunc morarer orbis in ſolo
Nec umbræ imago, imaginis
Nec umbra rurſus, illiusq́; linea
Suprema; ni potentia
Tua obſtitiſſet i[illegible]uentium hoſticis
Atrocium virûm minis.
Quid ille, nonne nudus enſe perfido
In hoc abiverat caput?
Parentibusq́; triſte funus optimis
Ab hocce corde fecerat?

Sed

Sed irruentis ipſa Maximi manus
Reſiſtere orſa turbini eſt.
Rei ejus ergo Gratias meo Deo
Profundo, mente debitâ.
Quid alter ille MercurI ſalax puer
Opum affluentiá ebrius,
Caterva tota MercurI ſodalium
Nefas in omne ſedula,
Ovis tenebat inſtar unica, lupi
Furore, noſtra corcula.
Malis bonisq; nil locutionibus
Iuvare me ſatis fuit,
Libidini ſubactus atq; proditus
Atrocium virûm ſui.
Et ecce nocte cum jubente lectulo
Recumbo deditus meo,
Quietis inter arma mi Deus viam
Salùtis auctor, obijcit.
Eam ſecutus eſſe gloriabor, &
Deo inde gloriam dabo,
Videre donec anteacta quivero
Sequace mentis alite.
Vt alterius ipſe crimen audiam
Patraſſe non bonum, malo,
Id hercle pœnitere me, Deus, vides,
Deinde corrigam omnia.

CARMEN II.

Ad Eumdem.

QVod eſſe tu mihi utiliſſimum vides,
Id, alme Conditor, dato.

Cupido ſæpè inutilis rei tenet,
Libido ſæpè noxia;
Genus miſellum, & impotens genus boni.
Quid hoc & illud heic ſiet
Nequit videre, ſenſa fallit omnia
Libido, querquera ut febris.
Vt, inciente pulſa, navis, æquore,
Vtrumq; ſaucia in latus,
Modo hinc, modo inde gurgitem horridum bibit
Pedemq; frangitur Noto.
Beata Regis aſtrici meo velit
Adeſſe Cura remigi,
Eumq; ritè per caduca ducere
Periculoſa marmora.
Vt obtinere portu in incluto queam
Perenniviva gaudia.
Avorum ubi Cohors, ubi Entheus pater,
Et omne Barthium genus,
Bavarus auctor, atq; Cæſarum manu
Probata Nobilis domus.
Eò profectus exijt modò, altero
Mihi parente, patruus.
Ter eſt reverſus annus orbibus decem
Vbi hunc Rodolfus extulit
Ad Imperi tribunal, Aßidentium
Sacerrimo ordini additum.
At, ô beate, Chriſtiane, Patrue
Avere te volo Nepos.
Suprema voce flebili movens ſacra
Tibi bona, at mihi haud item
Paterna quippe te ſtetiſſe ſeſtima
Domus putata, procidit.

At hic præivit, inſequemur Ordine
Deo placere qui volet.

CARMEN III.

Non eſſe rigidè judicandum.

SCio eſſe jure quod querar meo optimè;
Sed idem & illud, eſſe, quod
Queas probare peſſimum, licet tibi
Favere Veritas velit,
Suprema Iuris iſta regula optimi eſt
Vbi optimum tenes, fuge:
In alterius incides citus manum
Calore Iudicis tui:
Cui integrum eſt beare perditum ſemel,
Beatum ab arce præcipem
Nocentiore deruiſſe fulmine,
Loco altiore quò ſtetit.
Et hocce more fulmen omne præditum eſt,
Suprema quæq; paſcitur.
Abi ſuperbe, jure ſi quid obtines,
Quod imputabis alteri,
Tibi ipſe parcito, nocere dum cupis
Mereris ipſe vindicem.
Periculoſa non quod illico putes
Tibi imminere crimina,
Procul tenace Pœna conſtitit gradu,
Libratq; ferream manum.
Patraſſe ſi quid oggerit Scientia
Docente Conſcientiá,
Opaca creſcit inter antra pectoris
Tegente perperam malo.

Vt alnus ad fluenta ſubijcit caput
Pedemq́, fortiter premit.
Parens ſupreme, rector omnium optime,
Sacerrime, Integerrime,
Homo ſi ineptus abſonus ſuis minis
Reducit à tuo grege,
Ruentis, alme, ſiſte perfidum gradum,
Tuamq́, nos viam doce.
Perit, perire natus, in ſuis homo
Rapacibus furoribus,
Pede ante ni profecta nobiliſſimo
Nitela mentis opprimat.
Docere niſi nil caduca vaſcula
Poteſſe, ni Deo auſpice.

CARMEN IV.

Confeſſio.

ABire tramite a pio, profanaq́,
Sequi pericla ſenſuum,
Homullulorum inanis abnegat tepor,
Potentia ipſa non poteſt.
At, ô Beate ſedium polo obtinens
Sacerrimam atq́, Maximam,
Creator, altor, educator, Optime;
Nimis nimisq́, criminum eſt
Patraſſe quæ mihipte Conſcius, thronum
Tuum ante conſtiti modo:
Vt pudore Senſus obruat ſtatim
Vbi recordor omnium:
Creator alme, tuq́, Chriſte, mortuos
Redemtor eruens nece,

Et ô ter almê Sancte Flatus, ô Deus
In unitate triplici,
Remitte crimina impia & ſacerrima
Viamq; me doce tuam,
Homo ſuperbus inſequi, atq; frigidus
Ad omne quod bonum cluit.
Moratur alta mentis, atq; ſemina
In ultimos rapit lacus.
Adeſto ſancta, nosq;, TRINITAS, rege
Et, UNITAS, tibi aſſere.
Amore pectus imbuas tui meum,
Amore, fonte de tuo.
Vt in pericla tendat impetu ſacro,
Nec hæc movere ſe ſinat;
Rapace quale, fulmen, exiens viâ,
Per obſitum aerem volat
Putusq; purus ignis exſpuit facem
Hiemis per æquor objacens,
Ita expedita tranet horridos ſinus
Volantis aeris, mea
Deo dicata, Mentis Enthea Charis,
Peroſa Regna morbida.

CARMEN V.

In Fortem.

UT iſta rebus indita, & viciſſim ab his
Amata conſpicor mala,
Inante mentis obrutæ ſacros ſinus
Subit Cupido commori.
Vt iſta enim, ſceleſtioribus mage
Sceleſta, facta ſubſeram,

Quibus libido ſortis uſq; abutitur
In hunc & alterum gregem?
Reciprocante quid colore frons ſibi
Modo aurea, & modo ærea,
Velit, putare non queo: perire me
Velim, atq; perdita hæc pati:
Mihi meisq; moribus nihil magis
Ea inſolentia inſolens.
Ego ille, mente proximus Deo Patri,
Priorq; cæteris, feram
Rotam ruentis, improbâq; beſtiæ.
Ferentis omnia in manu?
Superba, cede nomine iſto, & efferæ
Potentiæ Impotentiâ,
Remitte fræna, perfidosq; turbines,
Imago vana, non Dea es.
Meo imperator omnium unus eſt Deus,
Gubernat hic, levat, premit
Tua iſta larva futilis nihil poteſt,
Parumve, ſi quod es, cluis:
Quod ergo deinde ſorte ſi cupiveris
Pio nocere germini
Inane robur in putamine atteres
Nihil morante nucleo.
Necis miniſtra, membra Corporis vagi
Iacere prona, triſtibus
Potes timoris impedire fluctibus,
At alta mens, Deo ſuo
Recepta prorſus, ætherisq; candidi
Quiete perpetim fruens,
Sinu ſerena carpit in ſacro otia
In æviterna gaudia;

Parente ducta cum Deo ſuo ſimul:
Vale, Caduca Sors, vale.
Et heic inepta, rebus impotentibus,
Furore vota concute
Nihil mihi tibiq;, tu tuum gere,
Ego inde munus ut meum
Benè expedire poßiem, à bono prece
Bonâ impetrabo numine.
Beate fautor omnium, atq; conditor,
Beate, Maxime, Optime:
Sine iſta dicta pectore è mero mihi
In iſta promta carmina
Ad uſq; Solis extimam mei facem
Tenere, mente nobili.
Nec uſpiam moverier queam, feris
Reciprocante fluctibus,
Tenore ſortis, ut favore ne elevet
Prematve me ſuis minis.
Premat levetve, terrei hinc timor luti
At obſtat altero à gradu
Noti ferentis ultra inania aſtrici
Theatra Circuli, leveis
Viros, inane quos deo movere volt
Sceleſta bella claßicum.
Mimas ut olim & horridus Typhoeius
Revellere orſus, impijs
Refixa ſecla, machinationibus,
Polo potente, ſiderum.
Id ille nunc in intimum abditus ſpecus
Olentis atra Tartari,
Tenetur hoſpes in perennibus ſacer
Doloribus, ſed alterum

Revelli inepta, vincla montis attinent
Triquetrâ in inſula, ignei.
Duella ſi quis inferet Diȷs manu,
Vel auſibus noviſsimis.
Ita interibit, atq; ab omnibus datis,
Sepulcra & ipſa peſſum aget,
Ego ſed omnia arbitrorq; vilia
Et eſſe deputo nihil,
Deo placere ſolum ut unico queam,
Abite frivola omnia,
Deo placere Barthius, Deo unico,
Laborat, ite frivola:
Caduca hortis Aula, cum tuo grege,
Ad ima Tartari redi:
Nihil, niſi perenne quod cluit, placet
Deo, atq; filiȷs Dei.

CARMEN VI.

Ad hominem ſuperbum.

QVid, inquiete, cogitationibus
Ted ipſe maceras tuis,
Homo, atq; Sortis impotentiam, tuo
Gradu imminere cum vides,
Malum tuum ipſe ut augeas, tumentibus
Superbus ingruis minis?
An eſſe ſat futura non putas mala
Die patrata qualibet;
In alterius innocentiam, niſi
Tibi ipſe plura congeras?
Quod eſſe ſi tuæ te originis lubet
Sagace mente conſcium,

Lato

Luto ſorore, fratre natus es fimo;
Pedem quod impedit tuum,
Tui putato ſanguinis quotum decus,
Is es futurus, ut brevis
Iubebit hora verſam obire Clepſydram,
Recedere ad patreis tuos:
Et iſta linquere in manu natantium
Eodem in æquoris freto.
Quid iſta voſtra nunc tuor nocentia
Inanitatis orgia?
Pedem ut libido ponere improbum velit
Sibi ipſa non ſatis placet:
Manus ſubinde jactitata conſonat
Pedi tenerrimo, manus
Quid annulata compedes ſuas gerit?
Nimisne libera eſt tibi?
Quid omne Corpus ingruentis aſſonat
Canore Serico gradui?
Tuumne corpus iſtud, anne mutuo,
Locante verme, traditum eſt?
Tui pudére corporis malum omen eſt;
At à pudoris obruti
Decus tibi creare ſuſtines malo,
Inambulasq; perfidè!
Caput comante fervidum evolat, jubâ;
Nec ipſa criſta ſe capit:
Eone nomine, inficete, in alitem
Abire te vagam juvat
Vt eſſe nuſquam, hiare ad omne frivolum
Ferare, quà vocant Noti?
At es creatus ut Deo unico ſacer,
Placere Maximo queas;

Benè

Benè iſte amictus eſt, tuisq; moribus
Tuæq; par Cupidini.
Enim hic videre quilibet poteſt, nihil
Tibi manere; cætera
Noto imperante, cum volatili ſono
Abire devium in mare.
Vt evoluta de ſuis mapalibus
Revolvitur tamen redux,
Fimeto amica, amica, ſus, luto ſuo:
Ita ipſe de fimo migrans
Luto inquinaris altero; cui lutum
Nitere turpitudinis
Videtur: omne cæterum procul jacis:
Quia ipſe temneris bonis,
Bonum omne temnis, eſt tibi neceſſitas
Perire, dum peris volens.
It interim petulcus, atq; cornua
Cuilibet ſua imputat.
Nihil magis rotante liber interim
Sceleſta mente crimina.
Suumq; teſtem in abdito gerit ſinu
Suumq; calculum nigrum.
Lucla prima priva Conſcientia eſt,
Latere nil eam poteſt.
Inanitatis aura venditur poplo,
Vt eſſe quid putent, ubi
Colore picta veſtis ardet aureo,
Quibus nigrum omne candicat.
Apud Deum ſed indidem è malo malum
Nocente creſcit aggere.
Premitq; flagra dira Pœna, dum ſatis
Patrata magna copia eſt.

Boni

Boni admonentur, atq; perfidâ viâ
Docentur ire ſæpius.
Docentis iſte verba deſpuit Cato
Perítq; dum ſibi placet:
Id ille neſcit, atq; noſſe negligit:
Superbiæq; ſerviens
Heram tumente totus exprimit gradu,
Manuq; ſervit in ſacra,
Nec inde miſſionis audit oſcinem,
Placet placere nemini.
Cor inquies deinde pluribus modis,
Sibi ipſe tortor, exedit,
Ad ultimum, relictus omnibus, perit,
Locumq; delet incidens.

CARMEN VII.

Conſcientia.

COmata mille Conſcientia anguibus,
Tuamq; teſtis in luem,
Et ipſa judicis potita munere;
Quid anteacta duplici
Dolore reddis, atq; ſuggeris tibi
Potente perperam manu?
Semel patrata, ſint licet ſatis mala,
Quis eſt novare qui queat?
Ego mihipte conſcius quidem mali
Mehercle, nullius cluo.
Niſi eſſe ſi quis illa diſputat mala
Cavere quæ nec integrum eſt.
Tamen Furente Pœnitudo crimine
Rebellis imminet mihi.

Cupido ſæpè inutilis rei tenet,
Libido ſæpè noxiæ;
Genus miſellum, & impotens genus boni.
Quid hoc & illud heic ſiet
Nequit videre, ſenſa fallit omnia
Libido, querquera ut febris.
Vt, inciente pulſa, navis, æquore,
Vtrumq; ſaucia in latus,
Modo hinc, modo inde gurgitem horridum bibit
Pedemq; frangitur Noto.
Beata Regis aſtrici meo velit
Adeſſe Cura remigi,
Eumq; ritè per caduca ducere
Periculoſa marmora.
Vt obtinere portu in incluto queam
Perenniviva gaudia.
Avorum ubi Cohors, ubi Entheus pater,
Et omne Barthium genus,
Bavarus auctor, atq; Cæſarum manu
Probata Nobilis domus.
Eò profectus exijt modò, altero
Mihi parente, patruus.
Ter eſt reverſus annus orbibus decem
Vbi hunc Rodolfus extulit
Ad ImperI tribunal, Aſsidentium
Sacerrimo ordini additum.
At, ô beate, Chriſtiane, Patrue
Avere te volo Nepos.
Suprema voce flebili movens ſacra
Tibi bona, at mihi haud item.
Paterna quippe te ſtetiſſe deſtina
Domus putata, procidit.

At

At hic prævit, inſequemur Ordine
Deo placere qui volet.

CARMEN III.

Non eſſe rigidè judicandum.

SCio eſſe jure quod querar meo optimè;
Sed idem & illud, eſſe, quod
Queas probare peſſimum, licet tibi
Favere Veritas velit,
Suprema Iuris iſta regula optimi eſt
Vbi optimum tenes, fuge:
In alterius incides citus manum
Calore Iudicis tui:
Cui integrum eſt beare perditum ſemel,
Beatum ab arce præcipem
Nocentiore deruiſſe fulmine,
Loco altiore quò ſtetit.
Et hocce more fulmen omne præditum eſt,
Suprema quæq; paſcitur.
Abi ſuperbe, jure ſi quid obtines,
Quod imputabis alteri,
Tibi ipſe parcito, nocere dum cupis
Mereris ipſe vindicem.
Periculoſa non quod illico putes
Tibi imminere crimina,
Procul tenace Pœna conſtitit gradu,
Libratq; ferream manum.
Patraſſe ſi quid oggerit Scientia
Docente Conſcientiá,
Opaca creſcit inter antra pectoris
Tegente perperam malo,

Vt alnus ad fluenta ſubijcit caput
Pedemq́ fortiter premit.
Parens ſupreme, rector omnium optime,
Sacerrime, Integerrime,
Homo ſi ineptus abſonis ſuis minis
Reducit à tuo grege,
Ruentis, alme, ſiſte perfidum gradum,
Tuamq; nos viam doce.
Perit, perire natus, in ſuis homo
Rapacibus furoribus,
Pede ante ni profecta nobiliſsimo
Nitela mentis opprimat.
Docere niſi nil caduca vaſcula
Poteſſe, nî Deo auſpice.

CARMEN IV.

Confeſſio.

ABire tramite a pio, profanaq́
Sequi pericla ſenſuum,
Homullulorum inanis abnegat tepor,
Potentia ipſa non poteſt.
At, ô Beate ſedium polo obtinens
Sacerrimam atq; Maximam,
Creator, altor, educator, Optime;
Nimis nimisq; criminum eſt
Patraſſe quæ mihipte Conſcius, thronum
Tuum ante conſtiti modo:
Vt pudore Senſus obruat ſtatim
Vbi recordor omnium:
Creator alme, tuq;, Chriſte, mortuos
Redemtor eruens nece,

Et

Et ô ter almê Sancte Flatus, ô Deus
In unitate triplici,
Remitte crimina impia & ſacerrima
Viamq; me doce tuam,
Homo ſuperbus inſequi, atq; frigidus
Ad omne quod bonum cluit.
Moratur alta mentis, atq; ſemina
In ultimos rapit lacus.
Adeſto ſancta, nosq;, TRINITAS, rege
Et, UNITAS, tibi aſſere.
Amore pectus imbuas tui meum,
Amore, fonte de tuo.
Vt in pericla tendat impetu ſacro,
Nec hæc movere ſe ſinat;
Rapace quale, fulmen, exiens viâ,
Per obſitum aerem volat
Putusq; purus ignis exſpuit facem
Humi, per æquor objacens,
Ita expedita tranet horridos ſinus
Volantis aeris, mea
Deo dicata, Mentis Enthea Charis,
Peroſa Regna morbida.

CARMEN V.

In Fortem.

UT iſta rebus indita, & viciſsim ab his
Amata conſpicor mala,
Inante mentis obrutæ ſacros ſinus
Subit Cupido commori.
Vt iſta enim, ſceleſtioribus mage
Sceleſta, facta ſubſeram,

Revelli inepta, vincla montis attinent
Triquetrâ in inſula, ignei.
Duella ſi quis inferet Dijs manu,
Vel auſibus noviſſimis.
Ita interibit, atq; ab omnibus datis,
Sepulcra & ipſa peſſum aget,
Ego ſed omnia arbitrorq; vilia
Et eſſe deputo nihil,
Deo placere ſolum ut unico queam,
Abite frivola omnia,
Deo placere Barthius, Deo unico,
Laborat, ite frivola:
Caduca hortis Aula, cum tuo grege,
Ad ima Tartari redi:
Nihil, niſi perenne quod cluit, placet
Deo, atq; filijs Dei.

CARMEN VI.

Ad hominem ſuperbum.

QVid, inquiete, cogitationibus
Ted ipſe maceras tuis,
Homo, atq; Sortis impotentiam, tuo
Gradu imminere cum vides,
Malum tuum ipſe ut augeas, tumentibus
Superbus ingruis minis?
An eſſe ſat futura non putas mala
Die patrata qualibet;
In alterius innocentiam, niſi
Tibi ipſe plura congeras?
Quod eſſe ſi tua te originis lubet
Sagace mente conſcium,

Lato

Luto ſorore, fratre natus es fimo;
Pedem quod impedit tuum,
Tui putato ſanguinis quotum decus,
Is es futurus, ut brevis
Iubebit hora verſam obire Clepſydram,
Recedere ad patreis tuos:
Et iſta linquere in manu natantium
Eodem in æquoris freto.
Quid iſta voſtra nunc tuor nocentia
Inanitatis orgia?
Pedem ut libido ponere improbum velit
Sibi ipſa non ſatis placet:
Manus ſubinde jactitata conſonat
Pedi tenerrimo, manus
Quid annulata compedes ſuas gerit?
Nimisne libera eſt tibi?
Quid omne Corpus ingruentis aſſonat
Canore Serico gradui?
Tuumne corpus iſtud, anne mutuo,
Locante verme, traditum eſt?
Tui pudére corporis malum omen eſt;
At à pudoris obruti
Decus tibi creare ſuſtines malo,
Inambulasq; perfidè!
Caput comante fervidum evolat, jubâ;
Nec ipſa criſta ſe capit:
Eone nomine, inficete, in alitem
Abire te vagam juvat
Vt eſſe nuſquam, hiare ad omne frivolum
Ferare, quà vocant Noti?
At es creatus ut Deo unico ſacer,
Placere Maximo queas;

Benè

Benè iſte amictus eſt, tuisq; moribus
Tuæq; par Cupidini.
Enim hic videre quilibet poteſt, nihil
Tibi manere; cætera
Noto imperante, cum volatili ſono
Abire devium in mare.
Vt evoluta de ſuis mapalibus
Revolvitur tamen redux,
Fimeto amica, amica, ſui, luto ſuo:
Ita ipſe de fimo migrans
Luto inquinaris altero; cui lutum
Nitere turpitudinis
Videtur: omne cæterum procul jacis:
Quia ipſe temneris bonis,
Bonum omne temnis, eſt tibi neceſſitas
Perire, dum peris volens.
It interim petulcus, atq; cornua
Cuilibet ſua imputat.
Nihil magis rotante liber interim
Scelesta mente crimina.
Suumq; teſtem in abdito gerit ſinu
Suumq; calculum nigrum.
Lucla prima priva Conſcientia eſt,
Latere nil eam poteſt.
Inanitatis aura venditur poplo,
Vt eſſe quid putent, ubi
Colore picta veſtis ardet aureo,
Quibus nigrum omne candicat.
Apud Deum ſed indidem è malo mali in
Nocente creſcit aggere.
Premitq; flagra dira Pœna, dum ſatis
Patrata magna copia eſt.

Boni

Boni admonentur, aq́; perfidâ viâ
Docentur ire ſapius.
Docentis iſte verba deſpuit Cato
Peritq́; dum ſibi placet:
Id ille neſcit, atq́; noſſe negligit:
Superbiæq́; ſerviens
Heram tumente totus exprimit gradu,
Manuq́; ſervit in ſacra,
Nec inde miſsionis audit oſcinem,
Placet placere nemini.
Cor inquies deinde pluribus modis,
Sibi ipſe tortor, exedit,
Ad ultimum, relictus omnibus, perit,
Locumq́; delet incidens.

CARMEN VII.

Conſcientia.

COmata mille Conſcientia anguibus,
Tuamq́; teſtis in luem,
Et ipſa judicis potita munere;
Quid anteacta duplici
Dolore reddis, atq́; ſuggeris tibi
Potente perperam manu?
Semel patrata, ſint licet ſatis mala,
Quis eſt novare qui queat?
Ego mihipte conſcius quidem mali
Mehercle, nullius cluo.
Niſi eſſe ſi quis illa diſputat mala
Cavere quæ nec integrum eſt.
Tamen Furente Pœnitudo crimine
Rebellis imminet mihi.

Et ante geſta, cum lepore plurimo,
Suavibusq; riſibus,
Malo dolore duplicata penſitat,
Vt eſſe peßimum arbitrer.
Deinde Cura ſenſibus pedem imprimit
Rapitq; turbidos procul.
Deorſum ut acta mens laboret, & gradu
Subinde debili cadat.
Quod egi id omne momine hocce vortitur,
Vocatur Error hactenus.
Parum fuiſſe mî catus viderier
Volo, impetrare quod licet.
Quod ille cunq; & iſte dictitat mihi
Repentè credo frivolus.
Et illa verba fauce ruminor vagâ
Mihiq; candidè imputo.
Id actitante ſervor impiam manum
Ineptus inijcit latro.
Iuventa deinde, deinde moribus meis
Nitela ab ore debita.
Sed omnia ante facta creditor malus
Revellit Vſus in diem.
Vt alba, nec calore quopiam anteà
Aduſta Conſcientia,
Sibi ſuam ipſa credere haud queat fidem,
Malo docente carmine.
Mihi Poeta quod catè occino gravis,
Et otium omne decoquo.
Et hactenus, deinde muginavero,
Labore ſi quid irrito
Vt acta res, redire mentis è ſinu
In irritum ſinam ſuum.

CAR-

CARMEN VIII.

Inſcientia.

QVid undiquaq; cogitando perſequi
Adorſus alma & infima,
Quid invenire mundi in iſtius modo
Queas ſagace circite.
Palam expedire nec lubido concipit;
Vacare ſi potes, cape:
Priuſquam agenda mente digeris ſtatâ,
Tibiq; machinans places:
Librâ ambigente totis, omnibus modis
Fateris eſſe te inſcium.
Sit hocce ſactitandum an alterum magis,
Docere me velis volo
Quid inde habere Certitudinis queas
Quod Error incipit tibi?
Deinde porro cum placere quid putas,
Et incipis, ſtatim exſerit.
Caduca Pœnitudo verticem ſacrum
Omiſſa facta mavelis.
Et ut benè acta tu putabis & catè
Nec uſus hoc neget (cui
Benè expedita tradit, ut duci omnium,
Quod egit ante, Perſica)
Tamen repente vara ſubſtruit pedem
Latente, Parca, turbine.
Vt ipſe vota, viſa rite cedere,
Malignus auctor, exſecres,
Perit cadente commodo, atq; gratia
Fuiſſe grata vix poteſt.
Proinde ſi quid exigis ſub arbitro,
Tibi ipſe Iudicem dabis:

Id expedire ſenſibus niſi tuis
Quod actitas, palam vides.
Palam eſt lavare ter laterculū, & nigra
Syenis hoſpitem virum.
Quod expedire ſenſibus tuis putas,
Id ipſe perperam expedis.
Vel arte & uſu, & omnibus modò benè,
Benè expeditum & adſabrè.
Catax Lubido Temporis rapit tamen
Deorſum & inprimit luto.
Acuta Pœnitudo te eripit tibi:
Quid eſſe nunc bonum putas?
Ita, vt vides, tenore cuncta perpeti
Abire, abire uti ſinas.
Beatus eſſe ſi potes, potes tuis
In occupatus Vſibus.
Tuum Vſus ille principem locum tenet,
Caduca cuncta negligens.
Venus venuſta, Gratiæq; Floridæ,
Leporq;, mille cum Iocis:
Et Vberante ſanguis impigens avo,
Pericla ſi poteſt palam
Subire cuncta, negligendo vincere,
Breve ob vagumq; gaudium:
Quid impijs adurier laboribus
Bonos tuos ſinis dies?
In orbe Regna Vanitas tenet ſacro,
Subacta Vanitatibus.
Proinde doctus ille maximè cluit,
Tenere pauca qui cupit.
Et inſcius laboris improbi, ſuos
Beatus expedit dies.

Tum

Eum æmulare Fata frivola omnia
Procul locare pectore.
Lepore condiet jocante, & omnia
Eodem agit ſagax modo.
Quod incidit, fuiſſe tale non putat
Habere quare volt poplus.
Vt aleâ peritus, utitur bonâ
Cadente non bonâ, tamen
Malum ipſe mente corrigit boniſſimâ
Ad omnia uniuſmodi.

CARMEN IX.

Beatitudo.

BEatitudo nulla conſcio mera eſt,
Sequace ſed premit gradu
Heræ ruentis omnia unica in rota
Severa frons diem probum.
Bis ille bardus, atq; ter miſer cluit,
Habere nota qui hac poteſt
Tamen profunda flumina, atq; gurgitē
Fretumq; mobiliſſimum,
Suo querentis ire contra adeſt pede.
Bis ille dicitur miſer.
Priore namq; Sortis interit rota,
Deinde mente propria.
Sapit proinde ſolus omnium benè
Superq; mille Socratas,
Cui libido nulla pugnat aut rudi
Opum cupido Gloriæ:
Sed in latere qui domo ſua poteſt,
Nihil moratus exteras.

Cupido ſæpè inutilis rei tenet,
Libido ſæpè noxiæ;
Genus miſellum, & impotens genus boni.
Quid hoc & illud heic ſiet
Nequit videre, ſenſa fallit omnia
Libido, querquera ut febris.
Vt, inciente pulſa, navis, æquore,
Vtrumq; ſaucia in latus,
Modo hinc, modo inde gurgitem horridum bibit
Pedemq; frangitur Noto.
Beata Regis aſtrici meo velit
Adeſſe Cura remigi,
Eumq; ritè per caduca ducere
Periculoſa marmora.
Vt obtinere portu in incluto queam
Perenniviva gaudia.
Avorum ubi Cohors, ubi Entheus pater,
Et omne Barthium genus,
Bavarus auctor, atq; Cæſarum manu
Probata Nobilis domus.
Eò profectus exiit modò, altero
Mihi parente, patruus.
Ter eſt reverſus annus orbibus decem
Vbi hunc Rodolfus extulit
Ad ImperI tribunal, Aſſidentium
Sacerrimo ordini additum.
At, ô beate, Chriſtiane, Patrue
Avere te volo Nepos.
Suprema voce flebili movens ſacra
Tibi bona, at mihi haud item,
Paterna quippe te ſtetiſſe teſtina
Domus putata, procidit.

At hic præivit, inſequemur Ordine
Deo placere qui volet.

CARMEN III.

Non eſſe rigidè judicandum.

SCio eſſe jure quod querar meo optimè;
Sed idem & illud, eſſe, quod
Queas probare peſſimùm, licet tibi
Favere Veritas velit,
Suprema Iuris iſta regula optimi eſt
Vbi optimum tenes, fuge:
In alterius incides citus manum
Calore Iudicis tui:
Cui integrum eſt beare perditum ſemel,
Beatum ab arce præcipem
Nocentiore deruiſſe fulmine,
Loco altiore quò ſtetit.
Et hocce more fulmen omne præditum eſt,
Suprema quæq; paſcitur.
Abi ſuperbe, jure ſi quid obtines,
Quod imputabis alteri,
Tibi ipſe parcito, nocere dum cupis
Mereris ipſe vindicem.
Periculoſa non quod illico putes
Tibi imminere crimina,
Procul tenace Pœna conſtitit gradu,
Libratq; ferream manum.
Patraſſe ſi quid oggerit Scientia
Docente Conſcientiâ,
Opaca creſcit inter antra pectoris
Tegente perperam malo,

Vt alnus ad fluenta ſubijcit caput
Pedemq́; fortiter premit.
Parens ſupreme, rector omnium optime,
Sacerrime, Integerrime,
Homo ſi ineptus abſonis ſuis minis
Reducit à tuo grege,
Ruentis, alme, ſiſte perfidum gradum,
Tuamq́; nos viam doce.
Perit, perire natus, in ſuis homo
Rapacibus furoribus,
Pede ante ni profecta nobiliſſimo
Nitela mentis opprimat.
Docere niſi nil caduca vaſcula
Poteſſe, nî Deo auſpice.

CARMEN IV.

Confeſſio.

ABire tramite a pio, profanaq́;
Sequi pericla ſenſuum,
Homullulorum inanis abnegat tepor,
Potentia ipſa non poteſt.
At, ô Beate ſedium polo obtinens
Sacerrimam atq́; Maximam,
Creator, altor, educator, Optime;
Nimis nimisq́; criminum eſt
Patraſſe quæ mihipte Conſcius, thronum
Tuum ante conſtiti modo:
Vti pudore Senſus obruat ſtatim
Vbi recordor omnium:
Creator alme, tuq́;, Chriſte, mortuos
Redemtor eruens nece,

Et

Et ô ter almê Sancte Flatus, ô Deus
In unitate triplici,
Remitte crimina impia & ſacerrima
Viamq́ʒ me doce tuam,
Homo ſuperbus inſequi, atq́ʒ frigidus
Ad omne quod bonum cluit.
Moratur alta mentis, atq́ʒ ſemina
In ultimos rapit lacus.
Adeſto ſancta, nosq́ʒ, TRINITAS, rege
Et, UNITAS, tibi aſſere.
Amore pectus imbuas tui meum,
Amore, fonte de tuo.
Vt in pericla tendat impetu ſacro,
Nec hæc movere ſe ſinat;
Rapace quale, fulmen, exiens viâ,
Per obſitum aerem volat
Putusq́ʒ purus ignis exſpuit facem
Humi, per æquor objacens,
Ita expedita tranet horridos ſinus
Volantis aeris, mea
Deo dicata, Mentis Enthea Charis,
Peroſa Regna morbida.

CARMEN V.

In Fortem.

UT iſta rebus indita, & viciſſim ab his
Amata conſpicor mala,
Inante mentis obrutæ ſacros ſinus
Subit Cupido commori.
Vt iſta enim, ſceleſtioribus mage
Sceleſta, facta ſubſeram,

Quibus libido ſortis uſq; abutitur
In hunc & alterum gregem?
Reciprocante quid colore frons ſibi
Modo aurea, & modo ærea,
Velit, putare non queo: perire me
Velim, atq; perdita hæc pati:
Mihi meisq; moribus nihil magis
Ea inſolentia inſolens.
Ego ille, mente proximus Deo Patri,
Priorq; cæteris, feram
Rotam ruentis, improbâq; beſtiæ.
Ferentis omnia in manu?
Superba, cede nomine iſto, & efferæ
Potentiæ Impotentiâ,
Remitte fræna, perfidosq; turbines,
Imago vana, non Dea es.
Mod imperator omnium unus eſt Deus,
Gubernat hic, levat, premit
Tua iſta larva futilis nihil poteſt,
Parumve, ſi quod es, cluis:
Quod ergo deinde ſorte ſi cupiveris
Pio nocere germini
Inane robur in putamine atteras
Nihil morante nucleo.
Necis miniſtra, membra Corporis vagi
Iacere prona, triſtibus
Potes timoris impedire fluctibus,
At alta mens, Deo ſuo
Recepta prorſus, ætherisq; candidi
Quiete perpetim fruens,
Sinu ſerena carpit in ſacro otia
In æviterna gaudia;

Parent:

Parente ducta cum Deo ſuo ſimul:
Vale, Caduca Sors, vale.
Et heic inepta, rebus impotentibus,
Furore vota concute
Nihil mihi tibiq; tu tuum gere,
Ego inde munus ut meum
Benè expedire poßiem, à bono prece
Boná impetrabo numine.
Beate fautor omnium, atq; conditor,
Beate, Maxime, Optime:
Sine iſta dicta pectore è mero mihi
In iſta promta carmina
Ad uſq; Solis extimam mei facem
Tenere, mente nobili.
Nec uſpiam moverier queam, feris
Reciprocante fluctibus,
Tenore ſortis, ut favore ne elevet
Prematve me ſuis minis.
Premat levetve, terrei hinc timor luti
At obſtat altero à gradu
Nati ferentis ultra inania aſtrici
Theatra Circuli, leveis
Viros, inane quos deo movere volt
Sceleſta bella claßicum.
Mimas ut olim & horridus Typhoeſus
Revellere orſus, impijs
Refixa ſecla, machinationibus,
Polo potente, ſiderum.
Id ille nunc in intimum abditus ſpecus
Olentis atra Tartari,
Tenetur hoſpes in perennibus ſacer
Doloribus, ſed alterum

Revelli

Revelli inepta, vincla montis attinent
Triquetrá in inſula, ignei.
Duella ſi quis inferet Dijs manu,
Vel auſibus noviſſimis.
Ita interibit, atq; ab omnibus datis,
Sepulcra & ipſa peſſum aget,
Ego ſed omnia arbitrorq; vilia
Et eſſe deputo nihil,
Deo placere ſolum ut unico queam,
Abite frivola omnia,
Deo placere Barthius, Deo unico,
Laborat, ite frivola:
Caduca hortis Aula, cum tuo grege,
Ad ima Tartari redi:
Nihil, niſi perenne quod eluit, placet
Deo, atq; filijs Dei.

CARMEN VI.

Ad hominem ſuperbum.

QVid, inquiete, cogitationibus
Ted ipſe maceras tuis,
Homo, atq; Sortis impotentiam, tuo
Gradu imminere cum vides,
Malum tuum ipſe ut augeas, tumentibus
Superbus ingruis minis?
An eſſe ſat futura non putas mala
Die patrata qualibet;
In alterius innocentiam, niſi
Tibi ipſe plura congeras?
Quod eſſe ſi tuæ te originis lubet
Sagace mente conſcium,

Luto ſorore, fratre natus es fimo;
Pedem quod impedit tuum,
Tui putato ſanguinis quotum decus,
Is es futurus, ut brevis
Iubebit hora verſam obire Clepſydram,
Recedere ad patreis tuos:
Et iſta linquere in manu natantium
Eodem in æquoris freto.
Quid iſta voſtra nunc tuor nocentia
Inanitatis orgia?
Pedem ut libido ponere improbum velit
Sibi ipſa non ſatis placet:
Manus ſubinde jactitata conſonat
Pedi tenerrimo, manûs
Quid annulata compedes ſuas gerit?
Nimisne libera eſt tibi?
Quid omne Corpus ingruentis aſſonat
Canore Serico gradui?
Tuumne corpus iſtud, anne mutuo,
Locante verme, traditum eſt?
Tui pudére corporis malum omen eſt;
At à pudoris obruti
Decus tibi creare ſuſtines malo,
Inambulasq; perſidè!
Caput comante ſervidum evolat, jubâ;
Nec ipſa criſta ſe capit:
Eone nomine, inficete, in alitem
Abire te vagam juvat
Vt eſſe nuſquam, hiare ad omne frivolum
Ferare, quà vocant Noti?
At es creatus ut Deo unico ſacer,
Placere Maximo queas;

Bené

Benè iſte amictus eſt, tuiſq; moribus
Tuæq; par Cupidini.
Enim hic videre quilibet poteſt, nihil
Tibi manere; cætera
Noto imperante, cum volatili ſono
Abire devium in mare.
Vt evoluta de ſuis mapalibus
Revolvitur tamen redux,
Fimeto amica, amica, ſuo, luto ſuo:
Ita ipſe de fimo migrans
Luto inquinaris altero; cui lutum
Nitere turpitudinis
Videtur: omne cæterum procul jacis:
Quia ipſe temneris bonis,
Bonum omne temnis, eſt tibi neceſſitas
Perire, dum peris volens.
It interim petulcus, atq; cornua
Cuilibet ſua imputat.
Nihil magis rotante liber interim
Sceleſta mente crimina.
Suumq; teſtem in abdito gerit ſinu
Suumq; calculum nigrum.
Lucla prima priva Conſcientia eſt,
Latere nil eam poteſt.
Inanitatis aura venditur poplo,
Vt eſſe quid putent, ubi
Colore picta veſtis ardet aureo,
Quibus nigrum omne candicat.
Apud Deum ſed indidem è malo malum
Nocente creſcit aggere.
Premitq; flagra dira Pœna, dum ſatis
Patrata magna copia eſt.

Boni

Boni admonentur, aq; perfidâ viâ
Docentur ire ſæpius.
Docentis iſte verba deſpuit Cato
Peritq; dum ſibi placet:
Id ille neſcit, atq; noſſe negligit:
Superbiæq; ſerviens
Heram tumente totus exprimit gradu,
Manuq; ſervit in ſacra,
Nec inde miſsionis audit oſcinem,
Placet placere nemini.
Cor inquies deinde pluribus modis,
Sibi ipſe tortor, exedit,
Ad ultimum, relictus omnibus, perit,
Locumq; delet incidens.

CARMEN VII.

Conſcientia.

COmata mille Conſcientia anguibus,
Tuamq; teſtis in luem,
Et ipſa judicis potita munere;
Quid anteacta duplici
Dolore reddis, atq; ſuggeris tibi
Potente perperam manu?
Semel patrata, ſint licet ſatis mala,
Quis eſt novare qui queat?
Ego mihipte conſcius quidem mali
Mehercle, nullius eluo.
Niſi eſſe ſi quis illa diſputat mala
Cavere quæ nec integrum eſt.
Tamen Furente Pœnitudo crimine
Rebellis imminet mihi.

Et ante

Et ante geſta, cum lepore plurimo,
Suavibusq́; riſibus,
Malo dolore duplicata penſitat,
Vt eſſe peſſimus arbitrer.
Deinde Cura ſenſibus pedem imprimit
Rapitq́; turbidos procul.
Deorſum ut acta mens laberet, & gradu
Subinde debili cadat.
Quod egi id omne momine hocce vortitur,
Vocatur Error hactenus.
Parum fuiſſe mi catus viderier
Volo, impetrare quod licet.
Quod ille cunq́; & iſte dictitat mihi
Repentè credo frivolus.
Et illa verba ſauce ruminor vagâ
Mihiq́; candidè imputo.
Id actitante fervor impiam manum
Ineptus injicit latro.
Iuventa deinde, deinde moribus meis
Nitela ab ore debita.
Ea omnia ante facta creditor malus
Revellit Vſus in diem.
Vt alba, nec calore quopiam anteà
Aduſta Conſcientia,
Sibi ſuam ipſa credere haud queat fidem,
Malo docente carmine.
Mihi Poeta quod catè occino gravis,
Et otium omne decoquo.
Et hactenus, deinde muginavero,
Labore ſi quid irrito
Vt acta res, redire mentis è ſinu
In irritum ſinam ſuum.

CAR-

CARMEN VIII.
Inſcientia.

QVid undiquaq; cogitando perſequi
Adorſus alma & infima,
Quid invenire mundi in iſtius modo
Queas ſagace circite.
Palam expedire nec lubido concipit;
Vacare ſi potes, cape:
Priuſquam agenda mente digeris ſtatâ,
Tibiq; machinans places:
Librâ ambigente totis, omnibus modis
Fateris eſſe te inſcium.
Sit hocce ſactitandum an alterum magis,
Docere me velis volo
Quid inde habere Certitudinis queas
Quod Error incipit tibi?
Deinde porro cum placere quid putas,
Et incipis, ſtatim exſerit..
Caduca Pœnitudo verticem ſacrum
Omiſſa facta mavelis.
Et ut benè acta tu putabis & catè
Nec uſus hoc neget (cui
Benè expedita tradit, ut duci omnium,
Quod egit ante, Perſica)
Tamen repentè vara ſubſtruit pedem
Latente, Parca, turbine.
Vt ipſe vota, viſa rite cedere,
Malignus auctor, exſecres,
Perit cadente commodo, atq; gratia
Fuiſſe grata vix poteſt.
Proinde ſi quid exigis ſub arbitro,
Tibi ipſe Iudicem dabis:

Id expedire ſenſibus niſi tuis
Quod actitas, palam vides.
Palam eſt lavare ter laterculũ, & nigra
Syenis hoſpitem virum.
Quod expedire ſenſibus tuis putas,
Id ipſe perperam expedis.
Vel arte & uſu, & omnibus modò benè,
Benè expeditum & adfabrè.
Catax Lubido Temporis rapit tamen
Deorſum & inprimit luto.
Acuta Pœnitudo te eripit tibi:
Quid eſſe nunc bonum putas?
Ita, vt vides, tenore cuncta perpeti
Abire, abire uti ſinas.
Beatus eſſe ſi potes, potes tuis
In occupatus Vſibus.
Tuum Vſus ille principem locum tenet,
Caduca cuncta negligens.
Venus venuſta, Gratiæq; Floridæ,
Leporq; mille cum Iocis:
Et Vberante ſanguis impigens ævo,
Pericla ſi poteſt palam
Subire cuncta, negligendo vincere,
Breve ob vagumq; gaudium:
Quid impiis adurier laboribus
Bonos tuos ſinis dies?
In orbe Regna Vanitas tenet ſacro,
Subacta Vanitatibus.
Proinde doctus ille maximè cluit,
Tenere pauca qui cupit.
Et inſcius laboris improbi, ſuos
Beatus expedit dies.

Eum æmulare Fata frivola omnia
Procul locare pectore.
Lepore condiet jocante, & omnia
Eodem agit ſagax modo.
Quod incidit, fuiſſe tale non putat
Habere quare volt poplus.
Vt aleâ peritus, utitur bonâ
Cadente non boná, tamen
Malum ipſe mente corrigit boniſſimâ
Ad omnia uniuſmodi.

CARMEN IX.

Beatitudo.

BEatitudo nulla conſcio mera eſt,
Sequace ſed premit gradu
Heræ ruentis omnia unica in rota
Severa frons diem probum.
Bis ille bardus, atq; ter miſer cluit,
Habere nota qui hæc poteſt
Tamen profunda flumina, atq; gurgitē
Fretumq; mobiliſſimum,
Suo quærentis ire contra adeſt pede.
Bis ille dicitur miſer.
Priore namq; Sortis interit rota,
Deinde mente propria.
Sapit proinde ſolus omnium benè
Superq; mille Socratas,
Cui libido nulla pugnat aut rudi
Opum cupido Gloriæ:
Sed in latere qui domo ſuâ poteſt,
Nihil moratus exteras.

Huic ſuperba Gloriæ nequit Cato
Nocere pompa lumine.
Nec hirqua opum Cupido vulta lancinat
Sibi eſt ſuisq; qui Deus,
Sed impudica quando ſors pedē imprimit,
Quatitq; Clauſtra pectoris,
Ferendo vincit, utq; fert, malum enecat
Medela quæ pyſſima eſt.
Mihi Beatitudo ſumma creditur,
Habere ſecum & in Deo:
Nec eſſe Vita me ſinit ſui rudem;
Profectus à domeſticis
Quid horridorum amica Turbinum Rota
Queat, tenere jam ordior.
O arbitrixq; conditrixq; maxima
Beatitatis aureæ,
Cui docemur eſſe cuncta ſub pedes
Repoſta dedolentiæ,
Ferendo, diva, quæ hoſtibus noces tuis,
Adeſſe mi velis favens.
Tuo in favore provocare non piget
Furoris omnis adſeclas.
Petita ferro, & icta ſi volatili
Labare Corda mi globo
Velint deinde; Ferre non queri eſt meum,
Superſtat omnibus Deus:
Manus ſuprema nuſpiam ſui inſcia eſt,
Agendo vivit: Impium eſt
Bonum tuliſſe, ferre nolle te malum,
Vtrumq; quod dabit Deus.

CARMEN X.

Mori mundo.

MOri Cupido ſumma me imperat mihi,
Deoq; vivere in meo.
Domum querela cinge lugubris meam,
Vt obvium queat citam
Dolere vulgus omne mortem, & indidem
Magis magiſq; vivere.
Enim, ut libido vulgus impium coquit,
Opumq; lancinat furor.
Adeſſe neminem arbitror: cui mori
Putare dulce ſit datum.
Ego, juventa prima cui tegit genas,
Parente nobili ſatus,
Opum manere magna quem poteſt, modo
Mihipte non nocens ſiem,
Strues, parata non malis, ſed artibus
Deo favente traditis:
Ego, Poeta, Fama quem manet ſua,
Vigens lepore nobili,
Mori volo, palamq; teſtor, & Deo
Probare teſte me ordior.
Veni ſuprema quam potes dies citò,
Deo perire Gloria eſt:
Perire ſi quis hoc vocare ſuſtinet
Quod ipſe vivere autumo.
O alme, mentis unde fervor eſt mea,
O Ignis alme, devora
Tui Caloris, Entheam à Deo, facem
Picemq; terra contegat.

CARMEN XI.

Avaritia.

OPum furore & impia Cupidine
Malum ultimum eſt malè æſtuans.
Venena quippe cuncta peſtilentiæ
Et aeris, Medentium
Subacta pellit inde diligentia
Abunde concitat lues.
Avara quem ſemel libido concipit
Nec ira, nec ſagax poteſt
Levare peſte Cura diligentiæ.
Sibi ipſe pugnat in luem.
Calore qualis ebrius ſemel lapis
Aquam omnem ab urceo rapit,
Satur nec eſſe, quamlibet ſonans, poteſt,
Sitisq; magna poculum eſt.
Ita æviterna viſcera inſidet lues
Sonatq;, quod ſatur ſolet.
Calore ſed ſubacta prorſus effero
Cupido regnat horrida,
Quod, unde, quantum, eiq; fuderis ſuper
Eiq; dictites dein
Daturum, hiante combibit fretum ſinu
Sitiq; ſubjacet ſuæ,
Avara peſtis, intus excoquit larem,
Periſſe, quod bibit, putat.
Ita uſquequaq; poculis ſitim auctitat
Cupitq; plura dum capit.
O impiiſſima omnium lues, tibi
Dicare vota cum Diis
Queat? pericla nulla reſpuat tuo
Homo ebrius piaculo:

O in-

O infidelis acrium Cupidinum
Cruoriſuga; ſanguinis
Tui hoſtis ipſa, peſtilentia ultima,
Vt omne quod vides, tui
Haberenomen impetres: peris tamen
Quia uſq; plura concupis.
Vt orbis omnis impleatur aureo
Vtrumq; pondere, ad polum.
Super tibi eſſe cum nihil videbitur
Tamen, Cupidine effero,
Vtrumq; porro Solis exeas jugum.
Et inde plura contrahas.
Opum illa ſumma, quam ſibi facit, manet
Cuiq;, nec ſupervenit
Modum putantis ulla Sortis obviæ
Nitela, vel gravis tenor.
Pecuniam librabit affluentia
Modum ad Cupidinis tui.
Reperta ſecla multa ſunt virûm, brevi
Quibus coacta circite
In unicâ decem dediſſe millia
Putata Sors fuit minâ.
Vbi patente ſæpè tradidit manu
Egentiam, auream in domum.
O alma Salomonis Enthei, tibi
Reclino verticem, Dea;
Homo vocare quam poteſt Deam Deo
Volente; quæ in via modo
Virûm pericla deviantium videns
Vocare, quâ decet, ſoles.
Sed hiſce rara perficis, quod expetis;
Obaudiunt quia impiè.

Latina VERITAS, *tibi ipſe, & omnium*
Cohors piorum amabilis,
Recedimus, Deoq; credimus, dedit
Superna vitæ is orgia,
Eam ille porrò ſuſtinebit, & ſibi
Placere quam canit; dabit
Manere ſalvam, egere nullius rei
Sed eſſe ſemper in ſuâ
Suam quiete, donec horrido è freto
Ad arcem abibit ætheris.

CARMEN XII.
Ferendum.

NIſi tibi ipſe perduellis audies
Amicus es Deo parum.
Periculoſa vita in hac ut alea eſt
Subitq; de malo malum,
Deo apta mens pericla temnit, & cupit
Subeſſe pluribus minis.
Pericla quippe denſiora quò ingruunt
Et altius ferunt fretum.
Eo Corona nobilis venit magis,
Ferenda militi Bono.
Vide, Imperator ipſe verba, cujus in
Venire milites decet;
Quid egit? exſtat omnibus malis ſcopus
Pericla cuncta ei imminent.
Tege impudica lumina, ebrias manus
Gravi ſopore vindica.
Et inter alta cæcus æquora, ultimam
Redire per ratem vola:

Perire

Perire vita, non perire mors mera eſt,
Dei hocce norma vertitur.
Deum ſequi Cupido quem rapit, crucem
Suam ipſe tollat, & maris
Pedes per æſtum inambulet, dabit Deus
Coronam in arce cœlicâ.

CARMEN XIII.

UT orbis iſte fuſus ambitu extimo eſt
Per alta cœli & æquoris,
Nec una nutrit omnibus, nec, ut velit
Pol ipſe pectora obtinet,
Hic hoc cupiſſe ducit optimum, alteri
Placere res ea haud poteſt.
Inepta damnat hujus ille vota, nec
Solutus ille tertio,
In una ſola ſentientium licet
Notare par atq; idem opus.
Et error is, modo uſpiam ſit impius,
Fere omnium impiiſſimus.
Caduca corde ſerio petunt bona,
Nihil morantur altera:
In octo vota millibus nec invenis
Tria, hæc relicta, quæ putent,
Sequi neceſſe Cœlici ordinem boni
Quod ipſe prodidit Deus.
Et ipſe totus, omnis, integer, cluit
Bonum ipſum & illud unicum.
Quid huic habere comparata cætera
Putanda ponderis? velut

Ad aureos minuta Montium globos
Bilance pluma ſub librâ.
Inane, mortis in timore degere
Genus profeſſum ad omnia.
Quis ora torpor obruit, videntia
Atroce nocte lumina?
Ut aurum in omne perpluat domus latus,
Foresq; gemmea ſtrepant.
Et alba margarita fulgurent diem,
Lapillum, ubiq; ut exſcrees.
Ut impoti ferare pro potentiâ;
Decore Vultus imperet.
An hincce mortis exputas moverier
Poteſſe forficem nigram?
Fateris ipſe; nulla prorſus integra eſt
Fuga, heic tenerier vides,
Quid ergo, inepte originis tuæ pudor,
Sequere porro devios?
Redi, redire puncta dum ſinant tua, eſt
Prope his litura flebilis.

CARMEN XIV.
Confeſſio.

RElicta pura, ſemita aſpera eſt mihi
Pede, heu, obita devio,
Agam quid? unde vultu contegam mea?
Colore cujus imbuar
Ut alta mens notantis omnia omnibus
Pudere neſciat mei?
Statum eſt fateri, & omnibus piaculis
Redire, proditis ſemel,

In

In alba caſtra candicantis ætheris,
Chorosq; ſubſequi pios.
O alme machinæ iſtiusce Conditor,
O alme Conditor meus.
Meus redemtor idem, & hoſtium è manu
Relator in tuam domum.
Piacla magna, multa, grandia, impia,
Meapte morte me obruunt:
Tuum eſt fatentis omnia, & dehinc ſibi
Caventis optimi, ut poteſt,
Rigata corda lacrymis perennibus,
Beare fronte candidâ.
Cruoris alma ne redemtio tui
In hocce corde concidat.

CARMEN XV.
Ad Tychonem.

QVod alta non, ut ante, pervehi freta,
Per & furentis Aeoli
Velim, minuta navis, obvias minas,
Vel in rapace flumine,
Iacere prorſus obrutum putas, metu
Rigente Corda languidum:
Inepte, falleris, potentioribus
Librando viribus tuas.
Minora Iure qui facit, nec illico hunc
Potentiora deſtruunt.
Tibi pares, venuſta turba, Fortis ad
Timore diffluant minas;
Mihi meisq; conſtitutum, & omnibus
Piis bonisq; cæteris:

Heræ Volantis arbitram mali rotam
Procul locare de bonis.
Nec ut ſaventis uſpiam movebimur
Rotatili furore, nec
Vt altero ſiniſtra ſe inſerat gradu,
Vt alteram timebimus.

CARMEN XVI.

Poeta.

POeta verus, utq; nomen optimi eſt
Reapſe talis ingenI,
Negotium putetur eſſe proximum
Deo, atq; cœlitum choris.
Profanitatis omnis hoc genus fugax
Beatitatis hoſpitum eſt.
Videre ſi quis Entheo poteſt ſemel
Furore concitum virum
Dei videre quampiam ſe imaginem
Putabit explicabilem.
Creata quippe fictor ipſe proximus
Et æmulatur & premit.
Quod à labore ſi recedere adlubet
In orbe regna qui tenet.
Per aſtra ſurſum, per maris palatia
Deorſum, & orbem inambulat
Novaq; lege prorſus atq; amabili
Futura facta, concinit.
Remotus ipſe ſæpe plebe de vaga
Locutus eſt ſibi Deum.
Prope alta plena Gloriæ Dei, loca
Rapace conſitit pede,

Preceſq; mente fundit extima ſacras
Et impetrat, ſemel volens.
Modo Entheata nobilis vocabula
In orſa Carminis tonat.
Vt ipſe de furore cum ſuo redux
Patrata metra conſpicit
Sui laboret augur eſſe Carminis
Stupetq; quiſſe quæ nequit.
Inepta gens moratur ardua comam
Nitere fronde Apollinis.
Deo venire Spiritum decet, cui
Tonanda geſta Numinis.
Quod uſibus remotus eſſe publicis
Poeta ſi videbitur
Redemit illa, qua Deo datur, quies,
Agenda cogitatibus.

CARMEN XVII.
Ad Deum Opt. Max.

PArens ſupreme, natus hoc tuus tibi
In Aſtricos choros miſer
Beatitate mittit incluto; omnibus
Beata vita quô venit.
Perire tædet, atq; circulis malæ
Rapi deorſum imaginis.
Puella ſæpe nunc mihi obvia adſtitit
Smaragdinâ ſtrepens ſtolâ,
Et aureis operta de ſtalagmijs,
Roſam atq; lilia omnia
Nitentia ore provocans decente, quam
Amare cæcus expetat.

Quieta

Quieta vel ſit, omnibus viris que.t
Nocere, more Samſonis.
Sed illa ſæpe brachijs jocantibus
Mihi alta colla circinat.
Suavijsq; pugnat atq; baſiis,
Tropæa celſa figere.
Ego ſed ejus quando terga conſpicor
Catena flavet aurea.
Plicisq; rete mille nectit aſperum:
Quid hoc velit ſibi, hæreo.
Sinu capace mille ſemper aureos
Profundit, & jubet dein
Mea eſſe dona: verum agi iſtud arbitror
Reflexa colla ut ambiat
Gravi catenâ, & aureis meum plicis
Caput ſuperba vinciat.
Lepore primum amabiliq; næniâ
Abire juſſi amabilem.
Sed illa ſemper hinc redit decentior,
Subinde nuda conſpici.
Malis fugare pipulis malam haud queo,
Benignior venit tamen.
Vtrumq; ſæpe jungo, ſæpe contuor
Tacens, abire providus.
Adhæret illa, cantitat, ſalit, manu
Diſerta & ore luſitat.
Operta ſæpè lumina illa denuo
Mihi recludit, & vocat
Iuvenculum politum, & adfabrem ſuis
Favere porrò Gratijs.
Manu prehendit interim, docet, jubet,
Suaviatur, adplicat.

Papil-

Papillulisq; promta tuberantibus
Ad oſculum explicat ſtolam.
Parens ſupreme, quid ſit hoc novi, doce:
Docere non queunt, quibus
Retexta ſæpe fabula iſta ſerviit,
Ad ultimam à nova die.

CARMEN XIIX.

VAgatus error aſtra per ſonantia,
Canentibus ſtetit polis.
Veni beata Trinitas, veni meis
Favente canticis pede.
Dies ſerena lumen evomat mari
Notuq; Flabra comprimat.
Favonij tepeſcat aura flamine,
Serena ſit dies mera.
Vagam per alta mentem & aſtricos choros
Dies polita ſublevet.
Ego ſuprema Trinitas, eho parens
Satisne ſic prope ades mihi?
Loquar beata dicta, vix labris homo
Locutus antè qualia.
Suprema rebus inſtat urna, jam prope
Adacta, Iudicis Dei.
Revertitor labore de tuo, in gravem,
Homo ferox, leviſſimo.
Vt ad Tribunal omnia exigens eris
Levatus, hoc modo ferct
Labore de tuo Perennitas tibi
In omne legem opus ratam.

Semel

Semel feretur illa, provocatio
Obeſſe nulla quoi poteſt.
Caduca vita noſtra vivitur, ſuper
Perenne præmium eſt benè
Eâ exeunte, Pœna finis inſcia eſt
Fani colentibus malè.
Tribunal ipſe flammeum procul tuor,
Supraq; Iudicem igneum,
Tuba ſonante jam miniſter aliger
Sepulcra cuncta ſuſcitat.
Beatus inde prodit, aureo Chorus
Premente flore verticem,
Habetq; ſigna ſanguinis meri, ubere
Notata ſanguine agnuli,
Cruore gens profuſo ea inſtitit ſequi
Crucem vocantis agnuli,
Tyrannicorum eam obtulit neci manus
Sibi cruenta, Principum.
Hic Antiocchus ardet ille, ſeptimum
Necare filium ferox,
Rotam ille laminasq; in igneas ſalit
Amabilem putans chorum.
Timere mater audet; haud necem ſui,
Coacta flere filij,
Sed ille ne tenellus excidat fide,
Videns Tyranna tormina.
Sed ille perſtat, atq; ahena fervido
Furentia inſilit ſalo.
Perire membra mors coegit, in Deum
Recepta mens, Coronam habet
Perennitatis, atq; corpori ſuo
Nitente flore redditur.

Tot illa nominare millia haud queo
Tot illa martyrum inclita.
Beatus ille cui datur necem ſibi
Perinde debitam ut patri
Obire prænio iſtiusce nobilem
PrecI, Coronâ amabili.
Hic ordo Iudicis ſubire dexteram
Manum videtur, ut meræ
Oves, ſed altera venire parte mi
Caterva nigra cernitur.
Aduſta frontem, & ore ſigna præferens
Herilis atra beſtiæ.
Cui Antichriſtus inſidet tremens, cui
Pedem imprimit modo heic, Deum.
Abite, dicit ille, perſidi, in malam crucem
Tibi tuisq; debitam
Abominationis horridum genus,
Per ora cujus exiit.
Venite vos, pudica natio, mei
Miſerta, dum miſer fui.
Oves videmus ire cum Deo in Deum.
Polos tenere flammeos.
At atra gens notata fronte perfidâ,
Subit Lacum ardidum, Stygii.
Iô cavete, queis cavere nunc ego
Propheta nuncio Dei.
Tribunal iſtud oppido tibi prope eſt
Ferox caterva, Iudicis.
Abinde nulla Pœnitudo te juvat
Eam ſequutus heic, ſapis.
Parens ſupreme, da mihi te oviculam
Videre dextero loco.

Et æquor iſtud omnis horridum malꝭ
Calore ſicca ab entheo,
Vt omne terreum genus tuas tibi
Queat ſonare gratias.
Puellus ipſe, ſæpè devios ſequor
Reduc tuam, ô pater, viam:

F I N I S,

CASP. BARTHI

JAMBORUM

LIBER SECVNDVS.

CASP. BARTHI

JAMBORUM

LIBER SECVNDVS.

CARMEN I.

Ad Joannem Seuſſium.

HOnore mactus inter alta nomina
Beate Seuſſi, Saxonum.
Beate Seuſſi, non ob alta nomina
Honoris, inter inclutos;
Sed eſſe quod ſimul Leporibus tuis
Et Vſu queas ſuper.
Placere noſtra queî tibi Poemata
Poteſſe ſic, inedita,
Putem; hiſco; nec ſequuntur indidem meam
Petita verba machinam:
Vti rogare Taubmanum meum velis
Tuumq́ue, mittier tibi?
An illa, principi probata maximo,
Volumen iſtud explicet,
Legatq́ue mens, cui remota de grege
Aperta Sacra Saxonis?
In hiſce nil niſi juventus effera,
Latetq́ue nobilis ſtupor:
Abire juſſit iſta qui meo è ſinu,
Morata ſint adhuc licet.
Vt iſta, tantus ipſe, poſtules legi
Et ipſe primus expetas?

Eho,

Eho, moramur ergo, nec in inclutæ
Abimus ora Gloriæ?
Id, hercle, vota cuncta poſtulant adhuc
Bonis probari hominibus:
Beate Seuſi, nomen inclutum nimis,
Genusq́ Gratiæ aureum,
Novena cui parens Apollinis ſoror,
Paterq́ Aperta creditur,
Honore mactus inter aulicos, ſacri
Quot aula principis tenet.
Tibi iſtuſce gratia bona omnia
Velim evenire Iudici;
Ita æſtimo; quia iſta gens potentium
In arce Apollinis, virûm,
Notare tam poteſt videnda, quã poteſt
Notare via ſat diu.
Ita iſta voſtra Cenſio, meis data
Leporibus, catiſſima eſt:
Licet videnda judicet, tamen puto
Probare viſa Seuſium.
Velit ruentis arbitrix Rotæ Dea,
Et hujus arbiter Deus
Rependere uſpiam queam viro incluto
Quod heicce contulit mihi.
Labor mihi eſſe nullus, aut oririer
Poteſt, huic rei gravis.
Vt iſta mente amante depoſiveram
Papyri in æquor integræ,
Notare poſſet unde Claritas tua
Volentis ora Barthij,
Adeſt ſalute plena ſacra Epiſtola
Manu exarata Seuſij.

Amicioris illa Amoris hoſpita,
Calore mutuo tepens.
Quid, ô Beate, nunc rependere ordiar?
Minora cuncta ſunt tuo
Favore noſtra: nil quod ingeram obvium eſt,
Fugitq; grata Gratia.
Deus, mehercle, præſes hiſce litteris,
Viros ita inclutos movet
Vti jacentium erigendo ſublevent
Labore debileis gradus.
At æſtimare vulgus ordine & benè
Suopte more, ſe putat,
Nihil receſſu, adire cur lubens velis,
Latere dignum in arduo.
Sed hujus eſſe cur mihi æſtimatio.
Suadeatur optima
Nihil videre cauſſæ ego, ædepol, queo,
Nihilq; cæteri boni.
Valere eum ergo jure maximè bono
Iubemus, & deincipem
Caput fovere molle delicatius,
Aromate atq; pharmacis,
Vti ſuopte ne perire carmine
Deinde ſanior, velit.

CARMEN II.

Ad manes Jani Duſæ P.

IAmbici, Douza, nobilis pater
Super priora nomina,
Ave mihi recepte quamlibet jugis
Virentibus Deûm ElysI.
Vbi, Poeta maximus coronam habet
Perenniviva adorea.

Nihil tuis pararier, ſequi tuas
Nihil pote heicce gratias;
Tibi rotundus oris aurei nitor
Politusq; nobiles
Et elegante flos pudore prodigus
Recente odore, ſerviunt.
O invidenda non & æmulanda vis
Sonantis Eloquentiæ!
Minuta in iſta puncta poſſe totjugas
Referre quempiam notas
Scientiæ vetuſtioris, & ſacra
Profana cuncta, diſcita!
Quid, ô futura poſt, habebis ævitas
Quod hiſce compararier
Iambicantibus poteſſe Duſicis
Leporibus putaveris!
Silebit ægra poſterûm quies, caput
Vt ante tollere, impotens.
Fatebere iſtud inclutum dies decus
Suos obiſſe cælitûs.
Ave mihi ſuprema lex, merus decor,
Et alta gloria omnium
Capace mente quotquot Entheos viros
Habebit ordo poſterûm.
Vetuſta rara quo venire quiverat
Pede Eruditio arduo
Eo volante de Bataviâ Cygnus
Venit ſuperbus impetu.
Ades, beate Duſa, dum meros tibi,
Tuis Leporibus nitens,
Iambicantis alites metri ſacrat
Puer parente Nobili.

Favere, Duſa, ſi mihi voles ſemel,
Apollinem nihil morer.
Catulle docte, quiq; non pari pede
Sequi Catullum aves patrem.
Poeta docte, quo Priapus audeat
Iambum amare nobilem,
Corona vertici parata Romulo
Batavicum ambit augurem.

CARMEN III.

Ad Ad. Theod. Siberum.

SIbere, noſter, ut vocare glorior
Amica veſtra pectora,
In alta lucis iſta cum, nimis levi,
Abire ſentiam pede,
Et inficeta, & indolem decentia
BlovI BavIve, carmina;
At intus illa non minus graveis viros
Locare geſtiam; quibus
Adulta, pectus iſtud ambiens, placet.
Amore Cura candido,
Idem experiri honore de tuo volo,
An idem & iſtud audeas:
Tuoq; nomine incluto hocce dedecus
Abutier ſinas volens:
Et, hercle, ſæpè prædicata quæ tua eſt
Mihi antè ſancta comitas,
Et impetrare me ſcio volentibus
Dijs, tibiq; te imputo.
Sonare digna laudibus tuis poteſt
Nec hæc nec illa barbitos:
Licet polita dicia candido ſinu
Apollinis meri fluant.

Ego

Ego quid eſſe, tot metu ſilentibus,
In hocce ponderis putem
Minutiore carminis ſacri alite,
Vacare ſi potes, cape.
Vt iſtud à fluore lucidum pigro
Abŭe carmen impetrat.
Putoq́; circite ambit alveum ſuum,
In omne par ſibi latus.
Et inter omne carmen, unius pedis
Labore fungitur gravi.
Nec alterius uſpiam liquoribus,
Lutore fluminis ſtupet.
Sed in perenne flumen è ſuo ſinu
Amabili uberat ſono.
Ita iſta corda, comta de nitoribus,
Palam omne deſpuunt nigrum.
Suisq́; perpetim leporibus pijs
Fruuntur, abſq; perditis
Abuſione fellis, atq́;, qui ſolet
Nocere, livor, omnibus.
Nihil minacis atra Vejovis manus,
Cyclopicive fulminis
Obeſſe poſsit, impotens ſui furor,
Necare dum cupit, perit.
Suis beata clanculum quies bonis
Latente ſe colit ſinu.
Vt iſtiusce carminis Lepor, datus
Malè uni & alteri omnium eſt,
Eò profectus impotentiæ ſacræ,
Vt ipſa Roma, ſeculo
In aureo, negaverit viderier
Poteſſe, pauculos niſi

Ab hacce quos moneta Iambici puri
Catullus exarat, ſonos.
Horatijq; in uno & altero indoles
Relicta mox vafro ſeni.
Ita iſte vulgus it ſuprà, atq; pulveris
Relinquit ordines vagi,
Poeta; deſpicabilis licet tibi
Tuoq; ſit ſacro pari.
Quin remota tanta nulla nubium
Via eſt, volantium polo.
Pudere cujus ille nolit, oppido
Relictus à cita fuga.
In ipſa Solis exeat Cubilia,
In ora cœlitûm deûm,
Ibiq; niduletur inter aſtricos
Minore nil ſono, choros.
Is ille nunc ſe, & omnia integra tibi
Vovere volt ſua in fide:
Vt optima cuipiam ante traditus,
Amatus eſt: Manum vides?
In hacce pectus ipſemet tibi dedit
Fidele, nobile, integrum.
Tui viciſſim Amoris integras notas
In hocce proferas caput.
Habebis obligata mentis intima
Tuumq; Barthium tibi.
Sibere magne, cui pares viros alit
Tuiſconis duos genus.
Parem inde nominabo Ritterhuſium,
At hincce Taubmanum, tuos.
Tribus virorum ut orbis iſte tres ferat
Pareis, at eſſe neminem

Vocare jure quem queas magis catum
In artium omnibus modis,
Liquente voce prædico palam : niſi
Caſaubonum atq; Ioſephum,
Gruyteriq; nomen inclutum dabis
Quibus diu arma faſcium
Remiſit orbis univerſus, & ſimul
Avêre principes jubet.
Iis lubenter omne cæterum genus
Sub imperantibus latet.
Vt eſſe quiſq; proximus viris poteſt,
Ita eſſe fertur optimus.
O efferanda Numinum loco tria,
Inefferanda Nomina!
Serena ſeculum iſtud adſpicit Dea
Volatili rotæ inſidens.
Quia huic vigere Sole triplici dedit
Malè antè nobilem diem.
Sed unde nollem abinde vellor, ô mei
Sibere, mutuus calor.
Favere perge, grande quod putavero
Lociq;, munus, optimi.
Tibi ante-vota nuncupo altero alitę
Dicata noſtra pectora.
Colentis, ore non nimis gravi, velis
Amare frivolos logos,
Vbi tenella veſtis imbuet genas,
Iuventæ ceſſerit levis,
Habere digniore ſenties ratum
Priora dicta carmine.
Modo bis octo cum duobus additis
Volare vera non ſinunt.

Aviculæ ſed impetu juvenculæ
Librare molior pedem.

CARMEN IV.

Ad Joannem Meurſium Batavum, Witebergæ pernoctantem.

MEurſi amate, cui negant nihil Deæ
Venus, Suada, Gratiæ.
Venire noſtra mœnia, atq; nobilem
Beare Leucorin tuo
Lubente corde cernimus ſacro pede,
Madore Pegaſi ebrio.
Ita inter alta degimus ſilentia heic
Minasq; barbari ſitûs,
Vti calore vix refoti ab entheo,
Tuiq; honore pectoris
Quod auſpicata cernere heicce lumina
Sint meritis Deûm favor,
Queamus ægra vulta tollere ad polos,
Videre te, hoſpitem ſacrum.
Ades tamen, beate, teq; cernimus
Et oſculamur arctius
Columba quam columbulum Dionæa,
Abuſa valga baſia.
Et ô diurna fax, Apollinis rota,
Guberna lucis obtinens,
Rogata malis iſtiusce pectoris
Morarier citam fugam.
Vti vel hancce nos dieculam velit
Beare, quà ſtitit, manens.
Quod, ut rogare, ita impetrare ſi queã,
Beatus eſſe prædicem.

Sed

Sed eſt, ſtatuta propter Euthei viri,
Nec iſta certa ponere,
Nec uſpiam ſpei quid alterum, queam
Videre quâ decus meum.
In hiſce ſed negatur hocce mœnibus:
Quod ergo ſolum & unicum
Mihi negare fata, & ordines pudet
Poli ruentis arbitros,
Iambicante carmine, optimo meo
Venire gratuler benè
Benè idem abire; adeſſe longiùs velim,
Quod hora non ſinit gravis.

CARMEN V.
In album amicorum Henrici à Bunavv.

POlitioris ecqua carmina ingenI
In huncce conferam librum
Cui dicavit optimos Bunavius
Amiciore de notâ?
Enim ille poſcit integrum fidem colens,
Leporis hoſpes aurei.
Cui negare nil poteſſe, quamlibet
Fatemur arduum & grave.
Quid huic rotatili profecta de ſono
Iambicantis alitis
Negare pauca vorſa verba tendimus
Amore promta mutuo?
Vel illius meretur aura judicI
Favere quâ mihi ſtudet,
Nec hujus hercle tã inſiceta grammata
Manusq; tortileis notas,

Sed è

Columba, vatis aurei ſacer canor,
Amante Apolline editus.
Cui eſſe nulla par queat Cygni Venus
Cayſtri ad amnem amabilis.
Licet jam obire certa, jamq; Præficam
Suo ipſa funeri gerens.
Id alta mens, & ignei jubet quidem
Videre luminis vigor.
Tamen negare velle, quæ nimis levis
Spopondit ante gloria.
Id impudici & oppidò mali eſt viri:
Cape ergo, Bunavi, meâ
Manu notata pauca carmina, Entheum
Amore ſi vides tui
Liquere pectus, igneo ut prope alite
Liquere cera cernitur.
Memor tenere poſsis unde, quæ tibi
Vovere geſtiat tuus.
Opus quidem ille non putârat indice,
Amore qui fluit tuo,
Quod expatravit in tuo ore deſidens
Lepor, Venusq; nubilis.
Et inquietus inter alta nomina
Avûm latere Bunavus.
Iis relicta tu cupis vocabula
Polire litteris bonis.
In alta Martij duella prælij
Celebris ordo Bunavûm eſt.
Duplex enim nitore caſsis aureo,
Corona utrimq; gemmea,
Leonis ora, dein colore triplici
Verenda parma, id addocent.

Beatus ille cui parentibus datur
Referre tam ſacris decus,
Is ipſe mente ſemen inclutum gerit,
Pericla temnere obvius.
Superbiore dum ſecunda ſanguine
Suopte jure provocat.
Iovis ſupremi ut ales armiger eluit
Volucrum in agmine omnium
Peculiari imagine & leveis minas
Supra exit Aeoli impiger.
Cui impedire celſa greſſuum nequit
Aquoſa nubium via.
Penetrat ille in ora Solis, omnium
Videre ſolus hoc potest.
Minore nata ſemine alitum cohors
Stupere, non ſequi potest.
Adulterata ſæpe ſed cubilia
Habet neceſſe, dum Iovis
Severa juſſa eum occupant, reviſere,
Iacente læſa ſanguine.
Ita arma avita nobileſq; adoreas
Adulteratum it impotens
Suopte degener furore, qui genus
Refutat, in luto cubans.
Hic ut levata Solis orbita obvius
Tenere lumina expetat,
Fatebitur ruiſſe de gradu incluto,
Feretq; non mage igneum
Nitore lumen, atq; plebe ab infimâ
Profecta noctua adſolet.
Tibi, Bunave, ſanguis imminet tuus,
Nihil patrare quis leve.

Via

Via inſtituta maximè eſt tibi benè
Nec audiet nepos avo
Quid excidiſſe, facta præter inclutâ,
Pudere quo ſi queat.
Modo hac deinde perge ſemitâ ingruens
Iter tenebis invium.
Ita & vovere & admonere poſſumus,
Quod optimum, ipſe judica.
Tamen memento ſemper, atq; prædica,
Meretur ut meus lepos,
Tibi inter alta maximū & magis grave
Tuum adnotaſſe Barthium:
Suaſor ipſe ſe tibi imputat ſacer
Poeta gente nobili.
O imperator omnium, quibus me amor
Ligavit in ſacram fidem.
Ab hâc recedere eſt nefandius ſcelus
Quam ut eſſe par alid queat:
Ita in vetuſta conditus ſacraria
Petronij docet Lepor
Latro vocatur hoſpitem virum impetēs
Amici imagine obrutum.
Amica quiſquis ora fallit impiâ
Sibi ante juncta, gratiâ.
Palamve clamve adire volt ei manum
Amare quem fides jubet.
Eumſe parricidam ego arbitror merum
Suiq; culleo volo.
Vetuſta patre lex quod imperat manu
Necante filij eruto.
Cave, Bunave, crimen horridum nimis
Sodalibusq; perditis

Spei

Spei bonæ indolem caveto jungere,
Timere quod malè ordior
Supina quando temporis mali alea
Bono hoſtici ſubit viro.
Probata mente, corporisq́ viribus
Subacta quondam, obit vitra
Avita pompa, quiq́ Bacchico magis
Liquore miles uberat.
Habetur unus omnium inſtar Herculis,
Valetq́ mille Sergios.
Tricongianus Helluo ante Siccium
Triumphat atq́ Manlium.
Via arctiore quô pede eſt premenda, eo
Magis dat eſſe nobilem.
Via illa, dico, quæ parit merum decus
Remota plebis à gradu.

CARMEN VI.

In Terentium à Vito Sebaldo edendum.

TErentiana puritatis indoles
In omne puncta ſeculum
Tulit Latinitatis integerrimæ,
Ab omnibus catis viris.
Huic nocere principi inſtitit furor
Vt atra peſtilentia,
Gothi ruentis igne viq́ barbarâ
In Italas opes virûm:
Vt alta per ſilentia obruam ipſius
Vetuſta crimina Itali;
Iis pari modo obſidentibus virum,
Redactus illo erat loci,
Terentius politus, ipſa comitas
Pudore virginem decens.

Vti ſua ipſe membra noſſe perditus
Nequiret; hinc rudi modo
Gravem magiſtra inuſſerat notam manus;
Librarij inde Lævitas,
Adorſa dicta quæ vetuſta Gratia
Obibat aureo pede,
Sui cerebri ad æſtimare regulam
Aſellus ut ſciens lyræ eſt.
Terentiana tum volumina, & lepor
Perire cæperant ſimul.
Latinitatis oppetente regulá,
Alumno in omnium optimo.
Vel attigiſſe nolit uſpiam virûm
Grege è medente doctior:
Latina verba, puritasq; debita
Suavibus nimis logis,
In antra dira noctis exeunt mera,
Rigente tacta frigore.
Id unus, alter; atq; tertius, Patrum
Avûmq; ſeculo videns
Potente ſanitatis obrutum caput
Manu inſtitêre tollere.
Vti calore vis ſepulta vivido
Rediret ora in incluta.
Medentium refotus ergo pharmacis
Habere cæperat benè,
Viam ſed inter aſpera atq; ſaxea
Obire non potens loca.
Modo hinc modo inde ſemiſanus in latus
Ruebat, inſcius gradus.
Dolere res ea eruditioribus
In hocce ſeculo viris;

Nec ut paranda priſtina obruto ſalus
Videre ſinguli queunt.
Adortus ergo vulnerum ille maxima
Hic infima, alter altera,
Manu obligare perſtitere ſedulâ,
Fovere torpidum virum.
At omnium ruina partium ferè,
Vti vetuſta mœnia,
Redire in altitudinis ſuæ decus
Nequivit illico integrum.
Sed hinc & inde fragmina, atq; vulnerum
Cruenta ſigna manſerant.
Et inficeta fruſtra prominentium
Mala angulorum adauxerant.
Vbi decora turris olim, & hoſtium
Erat timoris hoſpita.
In arce bubo ſederat, malum ferens
Sono omen audientibus.
Pedem quidem alterum medentium manus,
Siniſterumq; bracchium
Bene obligarat, at relicta corporis
Salus superna temſerat,
Adusq; tempus iſtud, auream modo
Quod invehit polo diem
Vbi SEBALDUS *iſte, Gratiæ, Lepor,*
Amorq; Amoris, & Deæ
Cypri roſeta quæ colens fragrantia
Decore comit aureô.
Quod uſpiam notator invenit catus
Id omne colligit, dein
Redactum in una vulta congregat; velut
In Vmbri opima fecerat

 Apollini

Apollini probatus ante Taubmannus
Poeta jure nobilis.
Cui lubenter ore, pectore, & ſtilo
Favebit ordo poſterûm.
Et Alba gloriæ quadriga ſublevans
Locabit in Deûm ſinus.
Sacrariumq́; fama pandet aureum
Inepta cedere alteri,
Cui beata contigit poli atria
Obire candido pede.
Huic comes ſubibit aſtra, ceu gradum
Ab, Afer, Vmbro, habet ſuum.
Sebaldus iſte quem Poe[illegible]*us Lepor*
Dat ire Taubmanum prope.
Io, SEBALDE, quid futurum abhinc, vides
Terentio? cui ſalus
Es ipſe certa, nil ut Aeſculapij
Sit arte certior parens.
Is ille, numen inter ora priſtinæ
Latinitatis obtinens,
Recêpſe quam, beatus, audiet tuo
Labore vitam ab incluto,
Tibi tuæq́; cedet, inq́; gloriâ
Vireſcere expetet tuâ.
Pari decore tuq́;, & erutus tibi
Charontis è manu ſenis
Obibitis, decore laudis entheo,
Perenniviva nomina.
Quod ipſe mente gratulor tibi merâ,
Ita impetrare poſſiem
Quod ambio; favere fama ſi modo
Iuvenculo volet mihi

Cui annus iſte bis novenus exijt,
Duobus additis ſuper.

CARMEN VII.

Ad Frid. Taubmanum.

REdux Colonia, hoſpes unicè tuos
Batavia, ardidus Deôs
Salute mactitare; Teutonum ſonos
Catus polire Gallicis.
Meam meosq; nunc reviſo nubilem
Amaſiam, atq; patruos.
Salute cujus atq; quorum ego meam
Lubens volensq; negligam.
Miſena terra, Marchiciq; limites
Avere vos mihi volo.
Vt iſta nunc lubens reviſo, mi loca
Alumna, cum meo patre.
Avus Bavarus audijt, cui genus
Vtrinq; nobile eſt ſuper.
Sed inter omnia, omnibus meis mihi
Meopte corde carior
Ave Fridrice, cui corona Laurea
Apollinis data eſt manu.
Tui cupido tanta mi fuit locis
In exteris, meis procul,
Vt impetu rapace ſæpe dixerim
Venire me ad te opus fore
Opus modo eſſe corde ſi quis exputet
Mihi: ſepulto amabili
In ore, quo tot uberante Gratiis,
Venus venuſta turpior.
Ave Poeta, cui recentium putem
Tria eſſe Gloriâ pari

Beata nomina, alteris procul datis;
Lepóre Comi & árduô.
Manusne noſtrá nota, Taubmane, eſt tibi,
Sequente prômta litterá?
Tuas bibiſſe gloriata Gratias
Tot exteris Leporibus?
Novenſilum liquore ſobrius, tuus
Tibi iſta Barthius dedit.
Vbi prope eſſe te licebit, ebrius
Liquore Pegaſi, dabit
Legenda ſæpe; Lecta tu iſta nec ſemel
Patente nomine, abjice.
Pudet pudere quem ſui, iſta maximo
Poeta mittit abſonus.
Vti ſua eſſe corcla ſe propè audiat,
Sciente te hoc, ſatis putat.
Notata charta litteris jambicis,
Perire ſi poteſt, valet.

CARMEN VIII.

In laudem Juſti LipsI, ad Janum Gruterum.

BEata cujus, inter aſtricos Choros,
Dijs ſodalis adſidet,
Perenne ſedis obtinens ſacræ ôtium,
Meo vocatá carmine
Adeſſe poſſit integerrimi viri
Stilo & Lepôre, Lipſij
Recepta, Mens, Deo; & Deûm unicum ſciens,
Perennitáte cum ſuá?
Novena quem ſinu beato Apollinis
Soror fovere concupit,

Apol-

Apolliniſq; cum ſororibus cata
Lepôre Gratiæ ſtili.
Ioci, Venuſq;, cum Lubentiá, & ſuper
Quod eſt Lubentiæ lubens?
Venus quidem ipſa Labra perpoliverat
Canore Muſico, viri.
Et unaquæq; Gratiarum imaginem
In illa depoſiverat,
Diſertioris, ora, carminis ſcia,
Suam; ſuavé q; Comitas.
Apis Hymettia olim ut intulit favos,
Platonis in ſacrum oſculum,
Olore vagiente adhuc Apollinis
Nec inſtruente Socrate.
Eo modo, pariq; Gloria, favos
In oſculum indidit Lepor
Adhuc jacente Lipſio, atq; cunulas
Movente debili pede.
Pede, olim amica qui per ætheris juga
Obire poſſet orbitam.
Plato pudere nolit hunc ſibi Sophum
Lepôre compararier,
Nec eruditione Socrates neget
Parem eſſe Lipſium ſibi.
Nec Attico nitore Xenophon potens
Latinam apem procul putet.
Nec eloquentiá alterum abnuat vetus
Eum vocare Tullium.
Licet nitente Tullij orbitam pede
Inire nolit arbiter.
Secundiore ſed ſecundum imagine
Referre Plinium velit.

Fatetur ipſa Plinium Eruditio
Fatetur ipſa Comitas
Nihil jocante prænitere Lipſio
Epiſtulæ aureæ face.
Cato pudore deſilire de gradu
Velit, tonante Lipſio,
Acerba tela deſtruente Sortis, &
Docente Pertinaciam.
Velim vetuſta ſecula unicum mihi
Scientijs in omnibus
Huic parem referre, ſive militi
Lepore condiat librum,
Superba ſive tela fingat indidem
Nocere condita urbibus.
Vel ille malit ore civibus ſacro
Notare publicos libros.
Vetuſta ſive corrogare grammata
Medente plurimis manu.
Vbi iſte regnat, atq; Lividos ſupra
Perenne nomen obtinet.
Sed invidente me rapit freto ordinem
Deorſum, honos viri vigens.
Loco iſta utrumq; commodo magis juvet
Deinde prædicarier.
Modo evocanda mens amabilis Sophi,
Quiete cœlica mihi eſt.
Vti favere laudibus queat ſuis
Velitq;, quod cadat benè.
Mihiq;, quem Lepos amavit hactenus
Sibiq;, quoi favet Venus.
Veni ergo, Amate numini bono,
GenIq; pulle Candidi,

Diſerte

Diſerte Lipsi, & erudite, & omnia
Tuo omnibus Vocabulo.
Veni beate, linque Solis ardidi
In horulam unicam domos.
Tuiſq; laudibus favore nobili
Adeſſe Candidus velis.
Quadriga Famæ, Equuſq; Gloriæ ſacer,
Adeſſe tecum ut audeant.
Quotannis hymnus iſte ſerviet tibi
Merenti honorem, ut omnia.
Quotannis iſta thura ſundimus tibi
Tui ad ſepulcra Corporis.
Pudente flore, amabili tuum roſa
Quotannis imbuam rogum.
Choroſq;, Fama qualis inſtruit Choros,
Quotannis ambiam trahens.
Tibi per alta regna Cœlici ætheris,
Iubarq; Deliæ ſupra,
Pio evolare nomine arduo, Dij
Sodalitate congruunt.
Humo tenemur hactenus, nihil tui
Nitoris, aucupes, pote
Tenebrione lumine inde ducere,
Abunde fulgor ingruit.
Tamen volente tu ſacrum huncce lumine
Videre malis alitem.
Semelq; porro te quotannis ad mea
Polo movere Carmina.
Polo movere, dico: nam licet pede
Subinde debili putent
Putem quoq; ipſe te iſſe varicùs; tamen
Puto eſſe cum Deo modo.

Cruore quippe ſiſa mens Dei unicè
Tua eſt, ut ipſe ſentio.
Hemonis illa privilegia arbitror
Subinde quem impediriet.
Dei eſt per omnia eſſe Principem ſui,
Homo neceſſe ſerviat.
Scio quoq; eſſe diſputanda plurima,
Sed illa ſi velit Deus
Ut acta ſunt, rependere ad ſacram libram,
Beatus eſſe quis queat?
Et, hercle, ſimplicem inſtitiſſe te viam
Putamus improbam, haud malum.
Proinde quisq; judicabit arbiter
Quod ipſe rite judicem.
Et ipſe CHRISTUS *hoc modo jubet pios*
Amore judicarier.
Deinde Paulus: atq; tu quis es, canit,
Pote alterius ut ſies
Miniſtrum habere calculo necabilem
Tuo, ipſe qui necem meres?
Ita ipſe dico judicare candide,
Deo relinquo cætera.
Ad iſta ſacra Lipſio, Gruyterum
Volo vocare præſtitem.
Gruyterus ſit inſtar aurei geni
Lepore candido nitens.
Is iſta dicta, ſi volet, (volet, ſcio)
Ab invidi queat malo
Tuerier dolo, atq; dente livido
Bionis impiiſſimi.
Ades Gruytere ergo, Lipſij potens
Lepore, quem vocas tuum

Magi-

Magiſtrum, & ille te docendo maximam
Adeptus ipſe gloriam eſt.
Fatetur illud ipſe Lipſius, poteſt
Negare nemo Candidus.
Tibi parata Fama mille de libris
Canenda carmine altero eſt.
Modo lepore tangere arduum levi
Queat decus ferox lyra.
Fave Gruytere, omnium catiſſime,
Vetuſtioris arbiter
Et Eruditionis & Politiæ,
Et Hiſtorum alma deſtina.
Latinitatis integerrimæ potens
Dolare docta carmina.
Catullus illa miſtus ad Propertium
Sua eſſe gloriabitur.
Tuo labore, tot vetuſta numina,
Caput retollere ad polos
Et ordiuntur alma Solis aurei
Videre porrò lumina.
Lepore ſuſpicace plurimos locos
Beavit alma Sanitas.
Sophûm ſupremus ipſe Ductor Arminus
Valet medente Grutero.
Vetuſtioris Orbis iſte quod notæ
Habet, ſuperq; marmora
Superq; ſaxa, Conditoria, & loca
Sacra, & profana, nobile
Stylove, penicillo, aut arte fuſili
Notatum, id ipſe digeris
Librumq; condis inde nobiliſſimum,
Pari abſq; nobiliſſimum.

Tibi

Tibi ergo Laudis ipſe Lipſius parem
Sonare mandat alitem.
Deos profeſſus ire cœlicos prope
Tibi ſuperſtiti ſuum
Decus reliquit, atq; Famæ amabilem
Tubam intonare dedicat.
Fave Gruytere iſta laus ab altera
Tibipte parte militat.
BEATA *ſedis obtinens loca aſtricæ*
Prioris iſte LIPSIUS
Nihil tenere clarus, exuit data
Labore cuncta, mortuus.
Quietis alma jam tegit ſuum domus,
Quietis inſciæ mali.
Ruentium unde paßibus videt vagis
In omne frivolum, genus
Simulq; ridet, & dolere, ſi queat
Velit, dolere non poteſt.
Sed ora ſancta lacrymis perennibus
Rigare perſtat arbitrans.
Sui laboris hoſtis ipſe ſit, cui
In orbe ſe ſacraverat.
Vt ille clarus inter exteros queat
Haberier, vir inclutus,
Rapit quietis horulam datam bono,
Librisq; vendit æmulis.
Iisq; maceratur, inſolens joci,
Leporis hoſtis aurei.
Supervolante Fama Somnium ciet
Iners quadriga amabile.
Eam ille geſtit attinere, ſe ſuper
Locare; ei rei ſtudet.

Perire

Perire Vita currit interim, ut pede
Rapace flumen effluit.
Vetuſta dogmata ille dum eruit libris
Perire non putat dies.
Vt alter eſſe dives impetret. rubet
Calore, frigore; & ſitit
Fameq; nulla pauſa, congerunt opes
Avara gens, nec omnibus
Fruuntur; atq; prodigis ſuas brevi
Nepotibus damnunt opes.
Potens ut alter ingruat; potentibus
Adhæret ipſe proximus.
Et alterius ad libidinem, ſuum
Lubere digerit libens.
Ah ægra natio! ah ſupina cœcitas!
Hemonibus noces male. * *

CARMEN IX.

In Moloſſum Parodia.

M*Oloſſus iſte, quem timetis hoſpites,*
Ait fuiſſe quadrupes ſagacior.
Nec ullius volantis impetum alitis
Nequiſſe prævolare, ſive fors equum
Foret neceſſe prævenire, ſeu feram.
Et hoc negat voracis Albidos latus
Negare & aulam & inſula Fratenſium
Vbi iſte, poſt-moloſſus, antea fuit
Latrans catellus, hinc Beldavio in jugo
Loquente ſæpè bauhitum dedit hero.
Vvaldrie Pommerane, VVarta piſcifer,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognita unice,
Ait moloſſus: ultimâ ex origine
Tuum ſagaſſe dicit ad vadum feras.

Tuo eluiſſe vulnera alta flumine.
Et inde tot repreta per latentia
Herum tuliſſe in abditos lepuſculos,
Odore dextra ſe ſequi cubilia
Siniſtra ſive perviare opus foret.
Nec ulla vota ſaltuum incolis diis
Sibi eſſe facta, cum veniret huc loci
Noviſſimo parentis uſq; baubitu.
Sed anteà hæc fuere, nunc pigerrima
Senet quiete, ſeq; dedicat tibi
Gemella Delij & Gemelle Delia.

CARMEN X.

In Caballum, Parodia.

CAballus ille quo ſtupetis, aulici,
Ait fuiſſe cornipes citiſſimus,
Neq; ullius ruentis alitem cisI.
Nequiſſe prævolare, ſive ſub viro
Opus foret redire, ſive cum rota.
Et hoc negat tenacis Aeoli manum
Negare circum, factione duplici,
Viamq; nobilem, & theatra maxima.
Vbi iſte poſt-Caballus, anteà fuit
Laliſio acer: in Neapolis jugo
Patre hinniente ſæpe reddidit ſonum.
Forum Friaulium atq; Palma nobilis
Tibi hæc fuiſſe & eſſo cognita oppidò
Ait Caballus, Hirpia ex origine
Tuis fuiſſe dicit ortum honoribus.
Tibi imbuiſſe ſe ungulas volatileis,
Et inde tot per improbas viæ minas
Herum extuliſſe, læva ſive dextera
Vehi juberet, aut utraq; ſemita,

Simul vocaret aura Mercuri favens.
Neq; ulla vota ſemitalibus diis
Sibi eſſe vota, cum veniret à mari
Noviſſimo, Appuli uſq; ad anguli ſinum.
Sed hæc ibi fuere; nunc inertiæ
Dedit ſenectam, & abditus latet tibi
Vacuna Murciæ & Vacuna Murcij.

CARMEN XI.

In defunctum El. Putſchium.

PVeilus ille quem vides, Gruytere,
Ait fuiſſe grammatûm catiſſimus.
Nec ullius Coronæ adoream ſibi
Nequiſſe præmerere, ſive ſertulis
Opus foret nitere, ſive floſculis
Et hoc negat Muſûm Elyſtrij vadum
Negare, Lipſiam, inſulaſq; Belgicas,
Vbi iſte poſt-puellus, anteà fuit
Decens Ephebus: ab Brabandico in ſinu
Loquente ſæpe carmen edidit libro:
Lovanium alta, tuq; Leyda celſior,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait puellus, ultimo ex proſapia
Tua erudiſſe dicit in ſcientia,
Tibi irrigaſſe pectus artibus catis.
Et inde tot per Aeoli, hoſtium, vices
Caput tuliſſe ob exterûm ſtuporibus.
Secunda ſive patriam aura volveret
Siniſtra ſive, ſive mixta, quæ ſolet.
Neque ulla vota Caſtalicolis diis
Sibi eſſe facta ab ultima puertia
Noviſſimum hunc ad uſq; flebilem diem,
Sed hæc prius fuere, nunc Olympia

Cluit quiete, ſeq; dedicat tibi
Deus parentium, & parentium pater.

CARMEN XII.

In Rhetorem Severum.

SEverus iſte, quo tumetis horridi
Ait fuiſſe Rhetorum aridiſsimus,
Nec ullius calentis impetum gelu
Nequiſſe colligare, ſive frigore
Opus foret necare, ſivo turbine.
Et hoc boat ferocis impudentiæ
Habere pondus; impiosq; furfures
Suîmq; pabulum, horridosq; Porcios,
Mapalia, trucesq; Caudicum manus.
Vbi iſte poſt-Severus anteà fuit
Putens Scholaris; Iaponico in ſinu
Cacante ſæpe carmen extudit labro.
Braſila virga, tuq; aluta Margitis,
Tibi hæc futura & eſſe quam ſacerrima
Putat Severus, extimá à propagine
Tuo natare dignus extitit freto.
Tuo eluiſſe crimina aptus æquore.
Et inde tot per inſolentium Scholas
Malè advenire, dira ſive turbida
Vocaret arma, ſive utrumq; diſſonus
Soni popellus exſpuiſſet in ſecus.
Nec ulla vota peſtilentibus flagris
Sibi eſſe omiſſa, quum feriret Orbilus,
Reconditam hanc ad uſq; Loſolæ ſcholam.
Sed hæc palam fuere; nunc palam procul
Perit ſalute, ſeq; decoquit tibi
Culina ApicI & Culinæ Apicius.

CARMEN XIII.

MAgiſter iſte, quem cacatis, hoſpites,
Fuiſſe clamat Orbilûm horridiſſimus,
Neq; ullius ſagacis alitem ingenI
Nequiſſe concacare, ſive virgeâ
Opus foret nocere nocte, ſeu flagri.
Et hoc fremit nitentiora Barthij
Notare corcla, Becmaniq; Origines.
Siberiumq;, callidumq; Taubmanum,
Georgium, catumq; Rodeburgium,
Cui ille poſt-magiſter, anteà fuit
Comata larva, namq; Leucori in Scholá
Calente ſæpè concidit mero piger.
Berille Marchice, & Miſena Lipſia,
Tibi hæc futura porro gnaruriſſima,
Fremit Magiſter; OrbilI ex proſapiâ
Tua boaſſe jactat horridùm in Scholâ.
Tuâ excitaſſe pulveres in indole.
Et inde tot per effugantium minas
Canem evolaſſe, rectâ ſive dextera
Noceret aula, ſive utrumq; doctior
Puer docentem eum impuliſſet in latus,
Nec ulla carmina Eruditioribus
Sibi probata, cum veniret ex harâ
Noviſſimum hunc adusq; noſtrum aculeum.
Sed hæc prius fuêre, nunc ſacerrumo
Fremit ſonore, ſeq; diſputat tuum
Magiſter Orbile, & Magiſter OrbilI.

CARMEN XIV. In Aſellum.

ASellus iſte, quem dolatis, Arcades,
Ait fuiſſe Lojolûm haud noviſſimus,
Nec unius potentis hortulum lupæ

Nequiſſe ſeminare, ſive teſtibus
Opus foret probare, ſive lanceâ.
Et hoc negat recentis Indiæ ſinus
Negare monſtra, belluas natatileis,
Equûm cubilia, & ſepulcra Thetyos.
Atlanticum atq; Luſitanum mare
Ubi iſte poſt-aſellus, anticâ fuit
Adulter albus, endo Etruriæ jugo
Salace ſæpe regulum tulit nate.
Iane Caſa, Furnicarium cribrum,
Tibi hanc fuiſſe & eſſe ficuûm obſitam
Ait aſellus; Italisq; moribus
Tuis ſtetiſſe dicit in cubiculis,
Tuâ expilaſſe ſæpe podicem pice.
Et inde tot per exteras ſinum lupas
Putrem tuliſſe; nupta ſive libera
Vocaret arra, ſive utrumq; Amor, furens
Simul ſupinus impuliſſet in ſecus.
Nec ulla vota Caſtioribus dijs
Sibi eſſe ſancta, cum inſtitiſſet hoc ſcelus,
Noviſſimum hunc adusq; putidum halitum.
Sed hæc fero fuêre; nunc inertiæ
Dedit manumq; ille, ſeq; devorat tibi
Vacuna Murcia & Vacuna Murcij.

FINIS,

C. BARTHI

LYRICORUM,

LIBRI DVO.

CASP. BARTHI LYRICORUM,

LIBER PRIMUS SACRORUM.

CARMEN I.

SECURITAS.

QValis, profunda maria dum planta domat
Sequitur magiſtrum Petrus: & fidem tenens
Super elementum tutus incedit leve.:
Sic dum monentis aure cupida nos Dei
Mandata rapimus; impetu incaſſum truci
Levis fatiſcit mundus, & fluctus citi
Dubiumq; marmor, marmor ut verum, ſilent.
Super ipſa certus æquora, inſtabileis aquas,
Pes ingruentem fortiter plantam premit,
Nil in profundo eſt, omnia in ſummo natant;
Nequit nocere, ritè ſi fidis Deo
Tyranna Perſecutio; Impium minæ
Ferrumq; pendens deſuper, ſeta levi.
Præceps periclum fata propellunt tibi,
Dei es Voluptas: Ipſa Mors vanos minax
Pro dente hiatus exſerit: Procul timor,

Procul

Procul ambigentis impotens animi dolor,
Quod Chriſtianum eſt, omne pro rato putat
Mens certa quà vox evocat ſequi Deum.
Neceßitatis exſulat Coactio,
Ridens Voluptas facit utramq; paginam.

CARMEN II.

CHARITAS.

SVavi nectare nobileis
Paſcens ſpirituum delicias, CHARIS,
Sanctis moribus adſere
Erranteis animæ ſæpè Cupidines,
Quæ plebs effera ſevocat;
O non tota meis credita cantibus,
Quo te nomine amem, DEA?
O Flamma in liquidam pura fluens aquam,
O flammæ ſimilis mera
Florens unda ſinu perſpicuo nimis;
Quæ comburere cum tuos
Viſa es diſcipulos igne natabili
Vivo flumine recreas:
O ſanctum effugium turbinis hoſtici
Quo nunc omnia corruunt.
Sartam Conjugio Spirituum ætheris
Nobis mentem animi tene.
Pubertas, facilis, cera velut, ſequi,
Stuprum eſt delicijs pijs,
Nec volt dura ſequi, ſed magis effera
Ardet cæca lubidine,
Molleis quà pueros currere conſpicit.
Duc ſancta, CHARIS, hanc via;
Ne, qui fœda palàm pocula combibit,

Hic ſe det ſociam gregi;
Quamvis ludibrijs obvia plurimis
Pergat non trepidè tamen
Hoc enare fretum, quod benè nantibus
Aeternùm data præmia,
Servant Cœlicolum ſerta in honoribus.
O quam indigna brevis via
Cenſet perpetuis crimina præmijs,
Quem ſancta edocuit CHARIS.
O noſtris, DEA, ſis perpetuo favens
Gratâ mente Laboribus;
Cui ſervit DOMINI Gratia, is imperat.

CARMEN III.
TEMPERIES.

QUem grata cœpit TEMPERIES ſemel
Latebit in ſe; nec levis Ambitus
Sanctæ quietis vellicabit
Ingenium, ſibimet vacantis.
Sæpè illum inepto præpete ſubvolans
Rimata pennis, FAMA, volucribus
Invenit; at ſecum nequivit
Servitio rapuiſſe dulci.
Superba Legum Fax Honor exſulat
Quiete noſtrâ; quod gerimus, pium
Iuſtumq; factu ſit neceſſe eſt:
Hoc ſequitur facilis Honeſtas.
Quem non avari Trux ſitis eruit,
Quem non cruenti pectoris arbitrix
Ira, incitavit per, neſas; vix
Reſtitit ambitioſo Honori.

Hoc demum honorum eſt quod bene geſſeris;
Plauſum popelli ſurſum agitat favor,
Rapit deorſum, ceu furente
Aequore, fax odij rebellis.
Quod aura tollit, aura premit vado
Rurſum priori; qui benè navigat
Oram tenebit littoris, nec
Vota Noto ſua credet albo.
Regina mentis TEMPERIES *ſacræ*
Extolli ab undis non cupit, interim
Secura, nec cœlo ruente
Poſſe premi, ſtabilis ferendo.

CARMEN IV.
CHARITAS.

SPatiatus inter Charitatis immenſæ
Latè patenteis porticus, Dei Servus,
Deum capace mente totus amplexus
Vaco mihi ipſi; meq́ʒ duplicem cerno:
Homo omnis (ô myſterium) eſt ego in Chriſto:
Quia omnem amare juſſit ut meum corpus.
Nemo eſt reapſe hominibus uſpiam agnatus,
Series inepta ſcanſiles gradus finxit:
Omnes in uno nomine cluimus fratreis.
Eſt futile hic diſcrimen in duos ſexus
Viri ſumus, qui Charitate vincimur.
Myſterium audi maximum beatorum
Homines amando, amamur à Deo fratres.

CARMEN V.

Ad Dominum Jeſum.

INtegri fax Omnipotens Amoris
CHRISTE: mortaleis pariter tu amare
Imperas cunctos, uti tu unius omneis
Primus amaſti.
Charitas, proles Fidei beata,
Fac tua in me ingens operetur aura,
Flabili vento veluti, per omneis
Acta receſſus.
CHARITAS ô qui generoſa tota es
SPIRITUS Sanctiſsime, da calore
ENTHEI pectus faculis Amoris,
Frigore vinctum.
Tolle torpentis gravia impeditu
Membra terreno, tibi liber altos
Scandat inſigni Pietate currus
Spiritus Obſes.
Donec è terra redeat ſepultum
Corpus, & digno queat intueri
Lumine auctorem; quis, io, quis iſtuc
Elevet ardor?

CARMEN IV.

Pœnitentia.

PEccare noſtrum eſt: non homo quod ſiet
Peccare factus, ſed quia filijs
Vno parenteis more cuncti
Ingenerant vitia, ex Adamo:

Culpæ

Culpas piorum ignoſcere, res Dei eſt:
Ignoſce noſtras, ô Pater, ô Deus
Terrent gementem, nec remoto
Pœna gradu ſubit imminere.
Ipſum hoc precari de Domini manu eſt;
O Spiritus ſanctiſsime, da mei
Me pœnitere, ô da relictis
Criminibus tibi me placere.
Nil ut morari ſanctam animam queat
Quin illa, ſupra Terricolûm lota,
Evectam, in altum puriori
Inſerat indigetum coronæ.
Res undè tuto conſpicere audeam
Palantium mundi vago in æquore,
Damnabileis cenſere turbas;
Eſſe meæ memorem Salutis.

CARMEN VII.

Ad Angelum.

O *Meæ cuſtos, Genius, ſalutis;*
Candidum lumen, nivei propago
Aetheris felix: viden' hoſtis unde
Concitet atrox
Blandum in errorem? Domini eſt Voluntas,
Sæva latronis quate tela diri,
Verte in auctorem ſcelus, & nefandas
Contere fraudeis.
Innocens fratercule, tu videbis
Unde ſuccreſcat malitatis ardor;
Stingue tu flammas, dedit hoc volenti
Chriſtus in hoſtem.

Ah quam ego jungi, ſocienne, vobis
Mavelim, quam tam procul heic latêre,
Sed vetat Chriſtus, dabit ille quondam
Munera tanta,
Vt queam vobis ſociis fruiſci:
Sed quoq; heic poſſum & cupio fruiſci:
Si malos neglexero, dem via me
Scilicet albæ.

CARMEN VIII.
Ad Deum Opt. Max.

UT ore gratus alto
Myſteriûm tuorum
Secreta, Chriſte, pandam,
In me locata privum.
Mihi ſuffice elevantis
Mortalium laborum
Oblivioſa corda,
Vim ſpiritûs beati.
Sed ecqua nunc; jubesne
Quæ publice tributa
In Chriſtiano Honore
Mihi ſuere, pandam?
An quæ recenter hauſi
Benefacta voſtra laudem
In me locata privum?
Et publicis dicata eſt
Mihi Barbitos ſuperba
Cui noctis & diei
Impendo nunc laborem.
Privis canatur ergo

Precibus

Precibus ſavens Iehova,
Qui cuncta vota noſtra
Volente ſine mactat.
O Patris æviterni
Chriſte, æviterna proles:
O prolis & parentis
Veniens ab ore Flatus
Sanctiſsime ô Iehovah,
Quei poſsiem tuorum
Vel ſummulam minutam
Brevi eloqui notatu?
Saltim, Beate fautor,
Hoc ſingulare munus,
His parvulis tabellis
Reverentiæ dicatum,
Signare fert voluptas.
Ab unguibus puello,
Quantum pote iſta prava
Natura demereri,
Pietatis invidendæ
Mihi ritè culta cura eſt:
Tu Chriſte, culta jam ut ſit
Meritis tuis refutans
Peccata noſtra, donas;
Per me, vetante pravæ
Corruptionis æſtu
Pietatis iſta Cura
Mihi culta ritè non eſt.
In cætero iſtiusce
Virtutis apparatu,
Tria, adhuc puer, rogavi,
Tria priva dona noſtro

Deus annuit precatui.
Et ampliora longè
Quam tum ſtupor ſinebat
Rogare me puellum,
Hinc, exiens Ephebos,
Duo ſingulariorum
Electa munerum me
Reminiſcor apprecatum.
Ea ampliore rurſus
Deus annuit favore;
Bis terq; quantacunq;
Ad hunc diem, dierum
Mihi ſummula eſt redacta,
Memini rogata dona
Superum adnuiſſe Numen.
Cum, quid tamen rogarem,
Nec ipſe noſſe poſſem
Nec altero docerer.
Nunc annus iſte nonus
Decimum ſecutus orbem
Octava puncta migrat:
Tria te, Pater, rogabo
Tria te ut, Pater, rogavi;
Tria tu, ô Pater, dabis nunc
Tria mî ut, Pater, dediſti.
Primum quod eſt in iſtis
Rogando jam ſum adeptus.
Vt ſentio, ſcioq;.
At, ô, Pater mi ita iſthuc
Miſero velis tributum
Vt mente nunc profunda
Mihi utile eſſe cerno,

Subdu-

Subductione facta.
Quod ordine eſt ſecundùm
Quod alterum à ſecundo eſt.
Deus annue, ut precabor;
Humanitatis expers
Acutiore viſu
Orbatus, inter altas
Tenebras celebritatis
Ne cæcus obſoleſcam:
Sic vota cuncta junxi
Moderare juncta, Ieſu:
Sed quartum & his, quod ultro
Torquere conſpicaris
Pigetq; me fateri
Notum tibi ante, Cura.
Sic Gratias, tibi ante
Quas debeo dicoq;
Tibi ſolvere apparabo.

CARMEN IX.
Ad Angelos.

AEtheris puri, Genij beati,
Innocens proles, cui nec ruentum
Flammei cœtûs ſociûm; nec horum
Lucifer auctor
Pectore è caſto potuère dij
Numinis cultûs, odio nefando
In vicem obtruſo, rapere, aut amorem
Terricolarum.
Id vafri, nunc vi ſimitu proterva
Fraude nunc noſtrum in genus impotentes,

Diſſi-

Diſsipant quicquid pote Chriſtiana
Nomine dici.
Talis haud veſter chorus, angelorum,
Perpetim ad nutus domini paratus,
Ritè per terras volitare ſurſum
Atq; deorſum
Iuſſa curatum. Chorus ô beatis
Accinens, (mortalibus anteà, nunc
Aetheris puri genijs, potitis
Perpetis ævi,
Carmina æternis ſocianda chordis;
Hæret in terris etiam, ſed inter
Vos avet Chriſti celebrare laudeis
Barthius ales.
Mente vos ſummi monitus parentis
Ferte per terras hominum volente;
Qualis à ſævi Canis igne duro
Torrida rura
Arcus excelſo recreat nitore.
Cum docet cœlum pluvias minari,
Senſim anhelanteis relevat per agros
Culmus ariſtas.
Talis à veſtro ſitiens Amore,
Mundus incenſas vitijs Caducis
Elevat criſtas, ubi cernit alto
Aethere lapſos.
O ſacer veſte in niveâ miniſter
Pacis interpres, Domini faventis
Augur, inſignis tunicâ nitente,
Aſtricus hoſpes.
Lude per puras Iuvenilis auras,
Lude, & ô miti pede concinentum

Facta

Facta JEHOVÆ, *memoranda ſeclis,*
Dicta frequentes.
Atra te, viſum procul imminere,
Peſtis ex imis fugiat Averni
Viribus, nec nos miſera ingluela
Mors cita frangat.
Frange latronis fera tela diri,
Contere audacem, tibi namq; Rerum
Hoc dedit pridem officium Imperator,
Flammivomo enſe.

CARMEN X.

Ad Eoſdem, obiente Patruo.

AMabiles choreæ,
In aſtricis vagantes
Palatiis, mei-ne
Vos patrui integellam
Animam tenetis iſtic,
Nec voltis huc remiſſam?
O alites miniſtri,
Divina queis voluntas
Mandata narrat orbi:
O purioris ignis
Alumna, turba candens;
Ita nobileis choræas
Adauget ille vobis,
Dominoq; Conditori
Melos accinit politum?
Totus modo ille in iſto eſt:
Quid enim lyræ ſibi volt
Quem cerno nunc mœrem?

Quid

Totus vacat ſibiipſi.
Nos impij heic morando
Vix credere iſta quimus:
Vt ſpe fideq; multum
Erratili vaganteis,
Nec illa quæ videmus
Ita eſſe ſuſpicamur
O Conditoris almi
Imaginis retentrix,
Anima alba, mens beata,
Salve mihi ſupremum:
Et ſtrenuè ſequentem
Per puncta Chriſtiana
Videas brevi Nepotem.

CARMEN XI.

A latrone vulneratus hoc ſcripſit.

PRidem rapaci circite luminis
Aſtra, & regenteis conſpiciens Deos,
Nunc, ah retuſo, nec tenebras,
Nec radios oculo diei
Diſpeſcere à ſe nobilis invicem;
Quid alta, BARTHI, *pectora decoquis?*
Quid vulnus obſcœnum trahendo
Mentem animi quoq; deſatigas?
Plus eſt decoro corpus in Entheum
Votumq; Chriſto & Spiritui ſacro
Sæviſſe mucronem profanum
Et faciem temeraſſe ſanctam.
Tute ipſe volnus volnere duplicas;
Sta contrà & his oppone doloribus

CHRISTI doloreis, quos ſaluti
Terrigenum toleravit innox.
Illi, abſq; cauſſà qui fuit efferus,
Vultumq; turpat ſanguine BARTHII,
Totumq; fecit delitere
Octiduum, ex oculis ſiniſtrum,
Bellè Deorum reſtituet pater
Quod auſus in te eſt, tu modo fac ne ei
Vltrò imputes, ſperesve Pœnam
Servus in alterius miniſtro.
Nos eſſe fratrum, ſancta Charis, loco
Triunitatis filia, Charitas,
Mandavit, & ſignavit ex re
Iuſſa pio fidei ſigillo.

CARMEN XII.

In feſto Angelorum hymnus.

ANnua, feſto pede, cantilenæ
In tuas laudeis agilis Deorum
Sis, Chorus, præſtò, neq; vota fandi
Inſcia, temnas.
Queìn per ingentem tua texit annum
Nobilis tutela, Deo jubente,
Ecquod incomtum ſemel auſit in te
Dicere carmen?
Qualis in ſummi domibus Tonantis
Aliger cœtus, niveis choreas
Luſibus comples, numerosq; certo
Ter pede vincis.
Aut per immenſum data juſſa Regis
Explicas orbem, Lyra dum JEHOVÆ

Solvit

Solvit æternæ Pietatis in nos
Carmine grateis.
Quis dabit coram ſuperos tueri
Spirituum plauſus, quis iners rapaceis
Corpus in laudeis animo volanti
Sufficit aptum?
Vos pigrum terræ famulum prementis
Inter obſcuras age te, ite, nubes
Ducite, & veſtro propiorem Olympo
Siſtite fratrem.
Candidæ proles, ſine labe, flammæ,
Ignei lumen niveum vigoris,
Flos inextinctus, domini propinquâ
Ebrius aura.
Vos datum à ſancto decoris creante
Funditis fontem in fluvios bonorum,
Nec malis dios animis honoreis
Contemeratis.
Quantum atrox puram Furiarum imago
Labe naturam horribili inquinavit,
Cum ſemel CHRISTO *voluit tenere*
Sceptra repulſo.
Quantum ab agnato decore hi remittunt,
Nocte ceu pullâ, ſine luce Olympo,
Delitent ſtellæ nebulis, vagoq;
Cynthia cornu:
Tantum habet veſtræ Pietatis in ſe
Vnde ſuccreſcat, Vigor, ut JEHOVA,
Stat prope æternam, neq; Lucis exſors
Luce refota eſt.
Illam uti nigro Stygiæ catervam
Vinciunt pallore, tenentq; POENÆ,

Invidæ nexum Furiæ catenis,
Reſte dolorum.
Vnde in humano ſcelus omne ſeclo,
Error obſcœnus, vitiûmq; regnat
Ordo, cui tot ſunt quot in alto Olympo
Nomina ſtellis.
Vos ita à ſolo Dominum videndo
Perpetis florem, ſine labe, Vitæ,
Candidi hauritis Genij, potenteis
Aetheris alti.
Dumq; nil prorſus niſi digna Chriſto
Scitis, una illa eſt Pietas beati
Præmium cultûs, neq; mens quid ultrà
Noſſe cupiſcit.
In Deo vobis bona cuncta parent,
Ipſe queis fons eſt, nec eget per ullos
Ducier rivos, merus eſt ubiq;
Flumine toto.
Hic chorus magnas canit ore laudeis,
Vt, Pater, nutu è nihilo crearit
Omnia; ut ſolo teneat, Triunus,
Cuncta Favore:
Vt palam amiſſos hormineis paternâ
Mente complectens, Pius innocenteis;
Eruat Pœnis, neq; crebra laſſet
Culpa favorem.
Vt Dei natus, Deus in parente
Vnus æterno, procul ordio omni
A patre æternus genitore, mundo
Venerit Obſes.
Quemq; nec curſu novies volucri,
Mundus immenſo capere auſit Orbe,

Qui

Cui vicem in puncti venit, univerſâ
Machina mole.
Virginis caſtâ latitans in alvo
Tempus exegit, veniensq; ab illâ
Verus in terris homo, de parente
Virgine, vixit,
Neve quid noſtræ dubitares ingens
Trans fidem culpæ Cumulus vagantis,
Morte conteſtatur opus redemti
Conditor Orbis.
Vt ſimul juſti genitoris iram,
Vnicus ſe, filius, expiaret
Mortuo; Vitam crucis in ſuperbo
Poſte reliquit.
Cujus idcirco eſt humilis poteſtas,
Et parum nobis ſapiens Voluntas,
Pauperum ne quis, gravia intuendo
Dicta, periret.
Ah quod immenſæ Bonitatis æquor
Vberi abſorbet pia dicta fluctu!
Dum ſuis ſemper ſupereſt JEHOVÆ
Gratia donis!
Lingua torpeſcit, hebes eſt acumen,
Ingenî vires vegeti labaſcunt
Obrutæ mentis vieto obrigeſcit
Pectore fervor.
Angeli caſti, genij nitenteis,
Quos nive adſectus mage purus in nos
Flammat igniti faculis Amoris,
Perpete pruna.
Vos vicem noſtram Domino canatis
Gloriam immenſam, Chorus entheatis

 Dignior

Digitized by Google

Dignior dictis, ſupereſt Voluntas.
Fracta Facultas.
Quando nec voſtris canere aptioreis
Poſſumus laudeis meritis, miniſtri,
Quam Deum veſtrum Dominum canendo
Carmine pleno.
E Choro veſtro Gabriel, precantem
Verſus ad vatem, Dominum precare
Dixit, in nobis operatur ipſis
Numinis aura.
Ille me & te qui ſimitu creavit
Dignè adoratur, genibus jacenti;
Ipſe me indignor, Domini, miniſter
Ales, honore.
O meri flammæ niveæ vigoris,
Semper in ſe ipſâ Iuvenis voluptas,
Caſta, colludens Dominoq; Cupido,
Omnipotenti,
Quos procul migrat dolor omnis & vis,
Sola ſub Chriſti placitis lubido eſt,
Vnde vivacem Ambroſiam perenni
Ducitis ore.
Fulgurans cœtus, nebulis amictus,
Arcubus cinctæ pluviis cohorteis,
Quos facit Solis facies, ſereno
Combibita hauſtu,
Vt ſpeclo imlavi radios videmus
Colligi ſparſos, vel aquâ nitente,
Sic Dei in vobis Bonitas relucet,
Sparſa per orbem.
Sanctitas ejus diuturno ab uſu
Veſtra natura eſt: cupitis? Cupitum

Preſto

Præſto adeſt, ſola efficit hoc Voluntas,
Principe Chriſto.
Me caro imbellis lutulenta Mundi
Cogit inſano rapere appetitu,
Dumq; cum rebus feror in duella,
Miſceor ipſis.
Spiritus vobis ſocio volatu
Hinc polum adſectat, Dominiq; flagrat
Ora communis patriæ intueri
Lumine vivo:
Hei mihi, & quis me miſerum his catenis
Solvet? ô velox anima, Angelorum
Adpetit cœtus, neq; ſe moratur
Corpore vinctam.
Quis procul flammæ ſonus evolantis?
Quis nitor cœlo tonuit ſereno?
An genî præſens nivei volentem
Surripit aura?
Surripe, ô candens, neq; vincla ſævi
Corporis curæ: ligat impotentem
Spiritum dudum, neq; ſe capaci
Mente tenentem,
Ah quid à lento teretis tenemur
Ambitu ſecli? fuga liberabit
Sera, quocunq; eſt etiam futura
Momine, mentem.
Vt per æternos volet illa cœtus,
Et pios cultûs geniorum, Amore
In Deum pleno, ſuperare poſſit,
Heic quoq; victrix.
Trinitas ſimplex, ô in unitatis
Nobilis regno, ſine ternitate,

Vnitas triplex; quid ego caduco
Te ordiar ore?
Hoſtis infelix latus omne ſævis
Territat pœnis, dolor & Cupido
Ingruunt contrà, pede quis duobus
Obſtet in uno?
O tuos, Ieſu, famulos tuere,
Nam quis imbelleis manet in perenni
Exitus bello, ſine miſſione ob
Crimina pugnax?
Fracta mens rerum ſtimulis malarum
Propalam indulget, ſibi conſcia ipſi
Dum perit culpæ, rapiturq́ᵹ prono
Impete fluctûs.
Blanda vis percellit eam veneni;
Suavium defert aciei, cui mox
Sanguinis tinget capulum fluento
Obruta nocte.
Quis lyram in laudeis animavit acrem
Spiritus ſancti? date iò Deorum
Alites pulcri generoſa noſtris
Carmina plectris!
Vt, ter impulſu pedis incitata,
Reddat argutos pia terra ſaltus
Virginem ad vocem, Cytharæq́ᵹ plantæ
Conſonet ardor.
Lingua ter ſanctis operata dictis
Congruit luſu choreæ pedeſtri;
Voce defunctum Lyra conjugali
Suſcitat oeſtrum.
Sic iò ſic indigetes Olympi
Candidis cincti tunicis, comamq́ᵹ

Fuſi in ingenteis humeros, celebri
Carmine plaudunt.
SPIRITUS *ter ſancte,* JEHOVA *alme*
Mitis in laudeis proprias venito,
Abſq; te mortalis ab entheato
Suffugit oeſtro,
Ipſe divinas animus decoro
Impetu voces ſequitur, nec in ſe
Totus, exſcendit, jubare enovato,
Solis honorem.
Qualis, à lethi imperio abſolutus,
Candidis quondam ſuper aſtra pennis
Mobilis cœli genius recentis,
Ingruet audax.
Vix modo, impletum Domini Favore,
Carcer obſcœnus tenet in pigenti
Corporis clauſtro, fuga jam nitenteis
Liberat alas.
Interim CHRISTUS *nitido ex Olympo*
Implet exemplo STEPHANI *oppetentis,*
Optet ut mortem, cupiatq; læto ex-
cedere letho.
Ah quis intentum jubet abſtinere
Cantibus plectrum? ſine fine laudeis
Ebrium in dias juvat exuſſe
Carmine dulci!
Huc ducem, caſti nemoris colonus,
Matris integræ, nivei parentis,
Integer ſtipet Iuvenum Chorus, nec
Orgia fallat.
Mundus infelix levitatis, in ſe,
In volutabris jaceat pudendis,

Nec ſuper terras animos, remiſſâ
Elevet ala.
Ille cum rebus pereat caducis,
Spebus æternis bona nos Ieſu
Gratia adſtrinxit; cadet igne Cælum,
Stabimus ipſi.
Hunc vagos quamvis laticeis bibentem
Gloria plenos, ſuper Vniverſi
Flebilem mortem, Necis adſequetur
Strenuus ordo.
Vt cinis quondam rapido volatu
Impotis venti perit, interibit
Quod malis credant bene poſſidere
Artibus hoſteis.
Vermibus tandem domini ſuperbi
Præda, cum ſpreto cumulo jacebunt
Pauperis turbæ, timidi venire
Ante tribunal.
At tuba in diros trahet hos reatûs
Perpetis Pœnæ; quia Gratiæ vim
Tempore in juſto vice noluere ag-
noſcere cæcâ.
At pij, quamquam tumulis iiſdem
Membra component, tamen in ſoporem
Transdabunt mortem, manet hos perennis
Gloria regni.
Quippe dum duras coluere terras,
Spiritum CHRISTO *voluere ſacrum*
Dura complecti; modo læta reddet
CHRISTUS *amator.*
Auferas in te, mihi quod dediſti
Terra naſcenti, velut igne longo

Aurea

Aurea vena ſcholes probatur,
Libera fæce.
Excoquit raptum in tumulum quiete
Quicquid obſcurum eſt. Sopor, ut nitente
Corpore indutus ſine labe dia in
Veſte reſurgat
Spiritus felix: fugiam latebras
Iam ſatis purus; neq; qui nequivit
Prævium CHRISTUM *retinere, cippus*
Me retinebit.
Particeps iſtic dolui laborum,
Particeps illic ſine fine dia
Gloria regnabo; ſonate plenis
Gaudia plectris.
Hoc ſcio hoc ſpero: Deus eſt ſcienti
Speſq; præſq;, ingens Fidei tenacis
Sponſor, atq; auctor; cui Veritatis
Regula fallet?
Veritas ipſe eſt: ſociate plectris
Nobiles chordas, lepidum ó ſcite
Carmen, inſignis tunica nitente
Grex puerorum.
Veritas nos vivere ſi jubet, perire
Quis ferox lethi faciet ſatelles?
Plenum iô carmen numeris politis
Concinite omnes
A... immenſus, geminos polorum
Continens orbeis, manet ipſe fixo
Nobilis paſſu, neq; quoquam Olympi
Circite fertur.
Attamen fato quoq; præſtituta eſt
Quæ dies uno ruat incitatos

Cardines pulſu, Vegetiſq; vincat
Omnia flammis.
Quod Deì eſſatum eſt ſemel ore ſatum,
Durat æternùm, niſi compleatur
Neſcit ad ſanctum Domini reverti
Muneris exſors.
Pure flos flammæ, genij nitenteis,
Innocens ordo niveorum Amorum,
Dia quos paſcit generoſiori
Gratia vultu.
Dum ſacrum vobis canere ardet hymnum,
Ritè laudandis, neq; ſic JEHOVÆ
Inſerit veſtrum meritis Honorem, Ec-
cleſia pugnans.
Me ſub alarum juvat aurearum
Nobileis umbra ſociare rythmos,
Impigrum, & veſtras viride ad Coronas
Flectere ſertum.
Flaminei fratres, Hominum piorum
Fortior tutela, manete linguæ
Pauperis quamvis, ſtudium, Bonaq;
Mente favete.
Quicquid audemus Domini eſt facultas
Ah modo ut nobis cupidis ſuperſit
Velle vel ſolum; capit hæc ſub uno
Gratia cenſu.
Vos tamen noſtrum, Genij nitenteis,
Candidum carmen ſociate cordis
Cum per excelſi ſpatia alta cœli,
Nobile monſtrum,
Carmina, humanis minus audienda
Auribus, CHRISTO *vigiles ſacratis;*

Primum

Primum uti nato ceciniſtis album
Propter ovile.
Meq́;, cum fato veniet ſtatuta
Hora, ſubreptum nebulis caducis
Lazari ritu, in gremium Abrahami
Rite levate.
Augures CHRISTI, *vigiles Olympi,*
BARTHIUM *veſtris Iuvenem choreis*
Arcet adſpirantem, Animo rebellis,
Corporis Aula.

CARMEN XIII.

Ad Gratiam.

QVem ſemel quem, Gratia, blandiente
Pupula ſpectas, roſeumq́; ridens,
E Venuſtatis Sapiente lotum
Fonte rigábis.
Is nec audaces Furias theatri
Curat humani, genus unde noſtrum
Pro ſuá mutans ratione, turbas
Induit omneis.
Nec latrocinI Stygios dynaſtas,
Hórret, adverſos jaculis & arcu,
Sed levi irridens furioſa frangit
Spicula vultu.
Gratiæ cum adfulſit ineffcrendæ
Nobilis ſplendor, radijsq́; Chriſti
Gaudiuit miles, procul arma jactant
Dæmones atri:
Tolle me nudum & ſtatue ob catervas
Prorſus armatas, gladijs, veneno,

Ignibus,

Ignibus, ſaxis, facibus, catenis,
Victor abibo.
Gratia victus Dominus Deorum
Omne qui tempus ſuper atq; motum eſt,
Impotens quid ferre, pati, ſubire,
Omnibus exlex.
Ille, cui cœli rota ſe ſequentis
Vnus pulſu digiti intremiſcit,
Fertur à caſta genitrice, & ex hac
Naſcitur infans.
Gratia ô ſummi domitrix JEHOVÆ,
Cujus in ludis gremio, inſerta
Candide erroris hominum, levasq;
Crimina Pœna.
O Dei Natura Charis, micantem
Flecte in hos verſus oculum: tuiq;
Corda Cultoris generoſiori
Imbue flamma.
Omnibus duris Patientia alma
Rite ſuccurrat, medeatur; & nos
Per mare infeſtum queat in faventem
Siſtere portum.
Interim riſu gravia omnia alto
Vota contemnentem hominum atq; Pœnas,
Gratiæ tutela levet, ſuoq; è
Fonte repurget.
Vt jubar cœleſte oculo irretorto
Ceu ſcopum ſpectans, agileis ſagittas
Hoſtis eludam, ſine vulnere in ſe à
Cæde reverſas.

CAR-

CARMEN XIV.

Ad Poſteritatem.

NIl eſt quod actum eſt, ſi ſuperat labor,
Hæc meta honorum eſt, cui datur invios
Cœli per orbes, non remiſſo
Ire gradu, dubiave penna.
Sublûſtris alta in nocte tenebrio
Solem manebit. Spes mea nobileis
Secuta concentus avorum
Magnanimo dabit abnepoti
Exempla morum. Poſteritas, mihi
Futura ſi qua es; BARTHIUS hæc tibi
Signata linquo. Nil ſuperbum eſt
Quod mea non ſubeat pericla.
Dormire lento qui poteram otio
Et parta magnis, fucus iners, avis
Glutire ſordenti in latebra,
Indocilis penetrare turbam.
Aprica famæ nunc ſubeo iuga:
Inveſte mentum eſt, cùm mare barbito
In publico cernunt Camœnæ
Rapta ſibi reparare ſigna.
Indigna ſi ſors Poſteritas mei
Luxu, aut inerti deſidia ſtupens,
Lucrumq. defœdum ſi queris
Nobilitate cadens avita,
Ab hac papyro vociferor tibi
Florente ſenſu: Nomine ne meo
Vtare, adopta quod lubebit
Barthiadæ melior propago eſt.

CARMEN XV.

Quies litterata.

COeci tenebris lux animi, quies,
Secura rerum in turbinibus nigris,
Omnis triumfatrix laboris
Opprobrium ſtolidi doloris.
Tandem remotis nubibus æthera
Clarum intueris, nec face querquerâ
Torreris incertos caloreis,
Dum Canis arva coquit Deorum?
Sic inquieti læticiam poli
Teſtare menti nutibus abditis,
Vt ſcita tempeſtas Olympum
Sudificâ face pervagatur.
Florens voluptas ſenſibus intimis,
Parum doloris triſtifici memor,
Præſente ſe paſcit vigore,
Nil penitus male ſentiendo.
Hæc, ſorte cum ſe candidâ inebriat,
Quærit volutabrum in proprio luto,
Excita de ſancta quiete,
Forte diu quatiente reſtans.
Sic ſæpe greſſum ſemita decipit
Nitere viſa; at tramite dum ingruit
Triſti viator, Cautiore
Lumine ſæva notat pericla.
At mî nivali torpida hyems gradu
Inſiſtit annum ſtringere nobilem,
Amiſſa paullatim Voluptas
Triſticiæ imperium ſequetur,
Orbemq; noſtrum deſeret, at redux
Curis onuſtus cordivoris, Dolor

Poſtlimini ſub lege Iuris
Velle domum parat occupare.
O ſancta mater, ſanita tui, QUIES,
Parens Honoris, perfidiam abdica,
Rerum quod incertum eſt, refuta,
Arma rape horrifero Dolori.
Antrum hoc Vetuſtas alta tibi exſtruit
Intus manendum eſt: abdere fortiter
Heic alba, priſcorum colorum
Simplicitas dominatur hæres.
Septem illa in arceis principium tenet,
Quas ſtructa firmè ſtat Sophiæ ſuper
Vrbs, Roma ſummo quæ canatur
Iure, potens ſuperare mundum.
Cœlum dyoptris judicat heic ſenex,
Iſtic Deorum ſemina, quattuor
In pulverem ſcribit caducum
Ingenij, numeris, Apollo.
Hic circino ambit Terram & aquas brevi
Metitur auras, ipſa Palatia
Iovis ſupremi certiore
Ingenios ratione ſignat.
Intorta plexis ille repagulis
Aenigmata effert, nectit, & egerit
Nec ſuſtinet quiſquam negare
Mentem animi quibus obligatur.
Quid cuncta dicam? tot Sapientia
Libris pateſcit, nomina dum modo
Diſcis, peracta ætas recedet,
Curam animi tibi ſuſtinenti.

CARMEN XIV.

Omnia Vana extra Pietatem.

UT mentis ambigente
Reciprocantis æſtu,
Fluctuq; pertinaci,
Ventoq; pervicaci,
Et nocte ſub profundâ
Animam meam latêre
Rimatus apprehendo,
Quicquid cupido dulce
Quicquid libido molle
Iucundiorq; mandat
Amare me Voluptas.
Id omne ſordet ex ſe.
Quid enim eſt bene eſſe natum,
Tituloq; fulgurantem,
Domum impedire lauru?
Tantum eſt homo, bubulcis
Parentibus creatus.
Eadem rotat me & illum
Fortuna, turbinemq;
Volatilem hic & illic
Exercet absq; noſtrûm
Reſpectu adorearum.
Et ſæpè me priorem
Hoc attigit latente.
Vt fulmen alta ſæpe,
Raro perit minuta.
Quid eſt decora forma?
Folium eſt, minacis Auſtri
Vbi flabra præteribunt,

Medio jacebit horto.
Quid Cyprij Lepôres
Virgunculæq; luſus
Amabili placenteis?
His illa gaudet, & te
Mirata, laude mactat.
Severiore palmâ
Sapientiam profeſſa,
Sophia, hos perinde damnat,
Vt imprimente plantâ
Jubeat perire victos.
Quid eſt opum potentem
Obire quem plateas,
Faſtuq; lenta molli
Prius otia obterentem,
Mox illa colligente
Manu aggregare rurſum?
In omnium eſſe riſu.
Quid eſt quid eruditum
Perhiberier ſub umbrâ,
Licet ſit iſte Rumor
Probatus eruditis?
Tamen malè erudiri
Et oppido hunc neceſſe eſt
Cui plura derelinqui
Quam diſcat, ipſe teſtis.
Et illa quæ relinquit
Meliora ſæpè captis.
In flebileis acervos
Pecuniæ ſtupentis
Quid eſt vibrare lumen?
Suo ſepulcra pompa

Cadaveri applicare.
Fœtentiumq́; plauſus
A funerum ſcretus
Sibi ire quem redemtum.
Vt omnia iſta in uno
Quis adſecutus orbe
Ab omnibus triumfet:
Quod eſſe factum ab omni
Tamen negatur ævo;
Hoc ille mi reapſe
Pejorq́; turpiorq́;
Quo plura conſecutus,
Erit, catisq́; cunctis.
Queis corculis datum eſſe.
Quod ergo mi ſuperſit,
Formoſus eſſe nolo,
Generoſus eſſe nolo,
Honoris atq́; opum vi
Per me ſuperbus eſto
Quicunq́; volt poteſtq́;.
Famæ tubam vereri
Altè elevatus, atq́;
Noteſcere ad remotos
Ludibrium putabo.
Nolo eſſe doctior quam
Salus ſuperna poſcat:
O numinis Triuni
Sanctiſſima Imperatrix
Pietas, ſupremus ardor,
Tibi recedo totus.
Tuisq́; me dicatum
Amoribus pudicis

Sacroq; conſecroq;,
Honoribus beatis
Voveoq; dedicoq;.
Leporibus ſerenis
Dedoq; deſeroq;
Munus perinde gratum.
Gratiſſimum ut quod unum eſt.
Regina magna noſtros
Audi volens precatûs.

XVII.

Victoria ſui ipſius.

SPe quaſſa, molli preſſa libidine,
Mens, à timoris concita fluctibus.
Aegrota, te damnans, ſupina,
Seminibus proprijs repugnans.
Et quando ſervis te eripies tuis?
Quamdiu ſub ipſa te domina jaces
Servire tam diu ſit neceſſum,
Imperio famulæ impotentis.
Si ſæva, pigri corporis, expetis
Domare ſenſus, regna, per igneos,
Victoriæ à te principatum
Incipias domitâ, neceſſe eſt.
Obſeſſus intus mille vir hoſtibus
Quei glorioſâ prælia dexterâ
Extra patrabis? quis tam ineptus
Qui fugiat fugientem in armis?

XVIII.

Pœnæ malorum.

PAullum novenos, magne Parens, polos
Mihi reclina: Mens, genus à Deò,

Deum tuetur, cum Parente
Pauca ſuo modo collocuta.
Cur, ô ſerenus Iuſtitiæ mera
Impos teneri nocte, oculus, ſacrâ.
Cur Principes florere dicam
Rerum adeo, quibus eſt libido
Tua orſa nobis conſpuere, & male
Patrare quicquid mens animi jubet?
Oppreſſa juſtorum ſenacla,
Vix animam retinent miſellam.
O interemiſsi dulce caput boni
Bonum unum & unum, cuncta regens benè,
Quæ prima factori fuerunt
Viſa bona, hinc reliquis creatis.
An Pœna ſollers triſtifico exitu
Damnare pravi conſilij auſpicem,
Dormire nunc primum canenda eſt
Nec meminiſſe operum priorum?
Sic certe Honoris prodiga cœlitum
Caterva pallens Terrigenûm putat,
Seſeq; plenum jam tenere
Imperium putat univerſi.
At nos juventæ principio in rudi
Vltro fatemur, te, Pater, ut prius,
Rerum gerendarum per orbem
Imperium retinere juſtum.
Tamdem triuni Numinis unitas
Et unitrino numine Trinitas
Præſto laboranti futura eſt
Indigetum generi piorum.
Pauxilla pars eſt Temporis, hoſpites
Heic quam laborant, perpetua eſt quies

Futuræ

Futura nobis, cum ſuperbos
Spreverimus ſemel heic tyrannos,
Sine hos, ſepultos criminibus ſuis,
Paullum quadrigis ire nitentibus
Iuſtis triumfatis rebelleis
In dominum gladios movere.
Implenda ſic eſt pœna furentibus.
Conſtante contrà ſta Genio piûm
Propulſa virtus, jam ſupernùs
Auxilio venit Imperator.
Aeterna pœna eſt, Gloria ſed brevis
Viventis extra Legem animi. Supra
Inſtare ſemper contremiſcit
Quod meritum ſemel eſſe ſentit,
Bombyce ſeta eſt ducta levi, tenens
Enſem micantem; decidet & dapes
Super cruentas imminentem
Lætitiæ perimet tyrannum.

CARMEN XIX.

Ad Muſas.

O Laſſæ mentis vota fovens piæ
Parnaßio de monte choros age
Cohors ſororum, quas noveno
Nomine conſtituit vetuſtas.
Tibi recedens, Muſa, laboribus
Mens à caducis, proxima fit Deo
Liqueſcit, æternaq; ſentit
Particulam haud minimam Salutis.
En ille voſtri pars quota Numinis
Defeſſa Terræ membra levo malis,

Interna quæ patrat, dolendi
Imperio violenter uſa
Affectionum turba, furens grave,
Mentisq́; diæ robora conterens,
Vt vincta telluris luteſcat
Sordibus, exſulium ſecuta
Agnati Olympi: Muſa fave, evolat
Mens aſtra verſus, cui Pietas dedit
Nomen novenum, ſingulosq́;
Incoluiſſe polos profeſſa eſt.
At Spiritum nos dicimus, à Deo
Deum, canori qui ſacrat Entheo
Suſpenſa cœleſti maritans
Corda chely: faciliq́; plectro
Myſteriorum dans animam inclutûm;
Vt ipſe non raro, ebrius uberis
Poeta cœli, vix loquenda
Attonito ferat ore Terris.
Parum, profectò, pro meritis tuis
Humana te altis mactet honoribus
Cultura, ni divinitati
Admoveat, numerisq́; divûm.
Nulla altera à te, ſancta Charis, queat
Coram intueri Numen, & aſsita
Ter Spiritus-ſancti beatis
Colloquijs propius frui ſci.
Nil prorſus extra Cœlicolas tibi
Se comparari poſſe canat, cui
Cœli pateſcant, Angelorum
Aſſocient numeros Choreæ.

CAR-

CARMEN XX.

Ad Gratiam.

Mitis, ô Fortuna Hominum piorum,
Sancta ſanctarum genitrix Dearum,
Vberi Cornu bona cuncta nobis
Gratia, ſundens.
Aureum in laudes tibi qui merenti
Pangimus carmen, Bonitate veſtrâ
Porro poſſimus quoq; uti frui ſci,
Diva, precamur.
Stricta cum ſe juſticia impiorum
Imputat culpis, miſerere noſtri
O Dei Natura potens Triuni.
Gratia Victrix.
Rite patrimi ſociare cantus
Rite matrimi pueri venimus.
O nitens Tutela hominum offerentum
Candida corda.
Has tibi ſertas ferimus benigna,
Ter tuas circum volitamus aras
Læta teſtanteis ſaliente plantâ
Pectora donis.
Nectite ô dextras pueri nitenteis
Virgines veſte in niveâ ſiniſtras
Iungite in circum, bona verba ſentit
Gratia munis.
Candida ô Regina, nitente vincens
Aſtra per cœlum tunicâ ſerenum,
Simplicis cantus puerilis audi
Candida turba.
Has tibi ſpondet choreas quotannis
Barthius noſtris choreis magiſter

Cinctus albenteis viridi coronâ
Diva, capillos.
Barbyton dextrâ retinens decorâ
Plectra ludenti quatiens ſiniſtrâ,
Vnde ter docto ſonat icta pulſu
Terra puellis.
Ipſe per noſtras medius choreas
Cantor incedit, tunicam Favonî
Efferus flatu, fugat omne læto
Pectore tetrum.
Candida ô Regina, Dei ſodalis,
Quî cum is oblectat, faciemq; diam
Solvit in Riſus, hominumq; vota
Audit amicus.
Mitis ô Fortuna hominum piorum
Has tibi ex hornâ cumulos roſarum.
Meſſe devotis animis ſacramus,
Candida turba.
Vberes annò mage habebis aras
Floribus vernis, ubi vota, quæ nunc
Nuncupant, cætus ſaliens, puellæ,
Læta videbis.

CARMEN XXI.
Ad Eamdem.

REgina magna, Gratia, orbis immenſi,
Famulantur aſtra cujus Entheo nutui.
Quota pars clientum, Barthius, tuum numen
Tuorum adoro, Spiritu ebrius vatis.
Divina vertas lumina ad meam vitam.
Iterq; ſurſum viq; ſortis effrenæ
Raptum deorſum dirigas tuo nutu,

Febris

Febris juventa flammeos quatit motus
Pugnatis animi. cum Cupidine agnatô
Pugnanda pugna eſt fortis atq; diuturna.
Sacro-ſancta clypeum ni fides gerat noſtrum
Penitus timorem liberans ſacro pectus
Præda Impiorum Dæmonum exſulet dudum
Recto juventa tramite & feri Martis
Quaſſata fulmine, inter arma liqueſcat.
Tibi cœlo aperto facile fulmen ignitum
Ludibriorum ſpargere in luem tetram,
O Gratia alma, mentis igneæ vatem
Igni tuêre. Frigus horridum ne quid
Noceat calenti; Torpor aſtra corrumpat:
Da ſupplicanti quod ſoles dare ſpontè
Regina rerum, Gratia, & Deûm diva.

CARMEN XXII.

CItivola mea domina, ô anima
Properivola, vaga ſine ſonitu,
Abit, aqua velut fluida fluvij,
Pede querula via citigradulo
Mea; domus ea colubra erit atra
Cui modo Roſa faciem habet, Amor
Cui modo favet & anima Charitum
Roſa velut obit, ita obit homo, nec
Loca pote repetere ſua prius.
Ideo anima mea domina, vide
Vti domus ea benè vigilet, &
Bona faciat opera pia, alacris.
Ego quoq; precor, ego peto, Deus
Valida tua opera juvet alacrem.
Ego nihil habeo niſi dederit

Deus;

Deus; humigena, policola, Dei
Hominiſata niſi mihi ſoboles
Dederit, ego refero ſua Deo.
Anima mea domina, age, vigila,
Deiſata faveat uti ſoboles.
Vti vigeat anima mea Deo.
Ego morior, anima mea manet.
Cape Deus eam ubi ego nihil ero.

XXIII.
Hymnus ad Angelos.

QValis in ſummi domibus Tonantis
Aliger cætus, nivei miniſtri,
Dicitis carmen, properate noſtro al-
ludere cantui.
Aetheris puri ſoboles pudica
Flammei cætus niveorum Amorum,
In tuas laudeis agili venito
Numine præſens
Sancta vis cœli Iuvenum, JEHOVÆ
Fulgidis exercitus acer armis
Quem timent longe Stygij tyranni ex-
amine denſo.
Cum per immenſum ſpecioſa Regis
Iuſſa portatis celeres Olympum
Verminant Livore nigræ Catervæ in
Gurgite pullo.
Veſter, inſignis tunica nitente,
Gabriel dux, enſifer, hinc & inde
Vibrat igniti gladij furorem haud
Deſide dextrá.

Vos Deum coram canitis, lyrasq́;
Pollice immortali Opera addocetis
Regis immenſi fidibus ſonoris
Reddere voci.
O cohors prætoria Numinis, cui
Aetheris Pallatia credita, & jus
Arma in orbem omnē Domini expedire
Alite paſſu.
Hanc diem veſtræ, Iuvenes, cohorti
Militans Eccleſia conſecravit,
Non uti divo meritos honore
Prorſus adoret.
Sed Deum ut, veſtrorum operum magiſtrum,
Voce vobiſcum reſonante laudet,
Gentis humanæ quibus eſt tuendæ
Tradita Cura.
Hujus in Matris Gremio, meorum
Carminum vos tangat honos, Amorum
Flammei cætus niveorum, Olympi
Sidera pura.
Olim ego veſtris ſocius Choreis
Carmina inſtaurabo Deo futura
Grata, nunc blæſo juvet accinentem
Ferre ſuſurro.

XXIV.

Ad Dominum Jeſum.

INter externos male tutus hoſteis,
& Civicas ipſi mihi perduellis
Inferens pugnas, tua ſigna. JESU
Miles adoro.

Sic vivite, nunc-mortales
Cras-mortui; ut omnis in una
Maneat meditatio morte,
Vos tangat ut illa paratos.
Quid nunc vixiſſe juvat me?
Cinis, umbra Volatilis, Aura,
Sopor, & Sonus, & Fuga Fumi,
Mecum mea Vita ſepulta eſt.
Sic plangite, turba ſuperſtes,
Vt vos ſubeant mea facta,
Non tangunt carmina mœſta
Me, veſtra incommoda tangant.
Quod ſi hoc mea tempora ferrent
Veſtros ego plangere haberem,
Non vos mœrente doloreis
Noſtros fleretis ocello.
Quid enim, rogo, Maxima vita eſt
Niſi vis longiſſima flendi?
Lacrymis propellitur undâ
Lacrymarum, perpete rivo.
Vitæ ſpacium intereat, ſi
Numerare vocabula cuncta
Inſiſtat Cura Dolorum
Queis quotidie intereundum eſt.
Qui noſtra ſuperſtite planctu
Decoratis funera, functi
Quondam, quid habebitis, oro
Niſi flere diutius, ultra?
Componite, quisq; domi, ſe.
Mœſtis plangendus amicis,
Felicior ille manente eſt,
Qui primus ad æthera tendit,

Huc eſt via facta cruore
JESU, ſanctiſſimus ille eſt,
Velut ad nova munia vitæ
Qui currit ad Orgia lethi.

XXVI.

BOne Dee, Pater, ego
Dico mea tibi mala,
Polirega manus ope
Levet ea mediciferâ.
Memoria ſinit ea
Recolere gravivida,
Bona tua Charis agit
Animulam, uti mihi
Penitus hilaricanat.
Meritus ego gravia,
Furia mihi animulam
Facigera quatit; abit
Color, Erebus hiat os
Voret uti meum animum.
Trahere, rapere, agere
Sino mea bona homines.
Nova bona dabit Herus
Anima mihi valeat
Modò, pede vaga cito
Obeat Opum Opis. Abi
Mora, pete, rape, quate
Tua facinora, mihi
Facere nihil habeas.
Ovis, uti, Vitulus, Equus
Tener, odia fugiunt
Lupi, ita tenera Anima

Deum tuetur, cum Parente
Pauca ſuo modo collocuta.
Cur, ô ſerenus Iuſticiæ meræ
Impos teneri nocte, oculus, ſacrâ.
Cur Principes florere diſcam
Rerum adeo, quibus eſt libido
Tua orſa nobis conſpuere, & male
Patrare quicquid mens animi jubet?
Oppreſſa juſtorum ſenacla,
Vix animam retinent miſellam.
O inremiſsi dulce caput boni
Bonum unum & unum, cuncta regens benè,
Quæ prima factori fuerunt
Viſa bona, hinc reliquis creatis.
An Pœna ſollers triſtifico exitu
Damnare pravi conſilij auſpicem,
Dormire nunc primum canenda eſt
Nec meminiſſe operum priorum?
Sic certe Honoris prodiga cœlitum
Caterva pallens Terrigenûm putat,
Seſeq; plenum jam tenere
Imperium putat univerſi.
At nos juventæ principio in rudi
Vltro fatemur, te, Pater, ut prius,
Rerum gerendarum per orbem
Imperium retinere juſtum.
Tamdem triuni Numinis unitas
Et unitrino numine Trinitas
Præſto laboranti futura eſt
Indigetum generi piorum.
Pauxilla pars eſt Temporis, hoſpites
Heic quam laborant, perpetua eſt quies

Futuri

Futura nobis, cum ſuperbos
Spreverimus ſemel heic tyrannos,
Sine hos, ſepultos criminibus ſuis,
Paullum quadrigis ire nitentibus
Iuſtis triumſatis rebelleis
In dominum gladios movere.
Implenda ſic eſt pœna furentibus.
Conſtante contrà ſta Genio piûm
Propulſa virtus, jam ſupernùs
Auxilio venit Imperator.
Aeterna pœna eſt, Gloria ſed brevis
Viventis extra Legem animi. Supra
Inſtare ſemper contremiſcit
Quod meritum ſemel eſſe ſentit,
Bombyce ſeta eſt ducta levi, tenens
Enſem micantem; decidet & dapes
Super cruentas imminentem
Laetitia perimet tyrannum.

Carmen XIX.

Ad Muſas.

O Laſſæ mentis vota fovens piæ
Parnaßio de monte choros age
Cohors ſororum, quas noveno
Nomine conſtituit vetuſtas.
Tibi recedens, Muſa, laboribus
Mens à caducis, proxima ſit Deo
Liqueſcit, æternaq; ſentit
Particulam haud minimam Salutis.
En ille voſtri pars quota Numinis
Deſeſſa Terræ membra levo mialis,

Interna quæ patrat, dolendi
Imperio violenter uſa
Affectionum turba, furens grave,
Mentisq; diæ robora conterens,
Vt vinctà telluris luteſcat
Sordibus, exſulium ſecuta
Agnati Olympi: Muſa fave, evolat
Mens aſtra verſus, cui Pietas dedit
Nomen novenum, ſingulosq;
Incoluiſſe polos profeſſa eſt.
At Spiritum nos dicimus, à Deo
Deum, canori qui ſacrat Entheo
Suſpenſa cœleſti maritans
Corda chely: faciliq; plectro
Myſteriorum dans animam inclutûm;
Vt ipſe non raro, ebrius uberis
Poeta cœli, vix loquenda
Attonito ferat ore Terris.
Parum, profectò, pro meritis tuis
Humana te altis mactet honoribus
Cultura, ni divinitati
Admoveat, numerisq; divûm.
Nulla altera à te, ſancta Charis, queat
Coram intueri Numen, & aſsita
Ter Spiritus-ſancti beatis
Colloquijs propius frui ſci.
Nil prorſus extra Cœlicolas tibi
Se comparari poſſe canat, cui
Cœli pateſcant, Angelorum
Aſſocient numeros Choreæ.

CAR-

CARMEN XX.

Ad Gratiam.

MItis, ô Fortuna Hominum piorum,
Sancta ſanctarum genitrix Dearum,
Vberi Cornu bona cuncta nobis
Gratia, fundens.
Aureum in laudes tibi qui merenti
Pangimus carmen, Bonitate veſtrâ
Porro poſsimus quoq; uti frui ſci,
Diva, precamur.
Stricta cum ſe juſticia impiorum
Imputat culpis, miſerere noſtri
O Dei Natura potens Triuni.
Gratia Victrix.
Rite patrimi ſociare cantus
Rite matrimi pueri venimus.
O nitens Tutela hominum offerentum
Candida corda.
Has tibi ſertas ferimus benignæ,
Ter tuas circum volitamus aras
Læta teſtanteis ſaliente plantâ
Pectora donis.
Nectite ô dextras pueri nitenteis
Virgines veſte in niveâ ſiniſtras
Iungite in circum, bona verba ſentit
Gratia munis.
Candida ô Regina, nitente vincens
Aſtra per cœlum tunicâ ſerenum,
Simplicis cantus puerilis audi
Candida turbæ.
Has tibi ſpondet choreas quotannis
Barthius noſtris choreis magiſter

Cinctus albentes viridi coronâ
Diva, capillos.
Barbyton dextrâ retinens decorâ
Plectra ludenti quatiens ſiniſtrâ,
Vnde ter docto ſonat icta pulſu
Terra puellis.
Ipſe per noſtras medius choreas
Cantor incedit, tunicam Favoni
Efferus flatu, fugat omne læto
Pectore tetrum.
Candida ô Regina, Dei ſodalis,
Qui cum is oblectat, facitq; diem
Solvit in Riſus, hominumq; vota
Audit amicus.
Mitis ô Fortuna hominum piorum
Has tibi ex borna cumulos roſarum.
Meſſe devotis animis ſacramus,
Candida turba.
Vberes annô mage habebis aras
Floribus vernis, ubi vota, quæ nunc
Nuncupant, cœtus ſaliens, puellæ,
Læta videbis.

CARMEN XXI.
Ad Eamdem.

REgina magna, Gratia, orbis immenſi,
Famulantur aſtra cujus Entheo nutui.
Quota pars clientum, Barthius, tuum numen
Tuorum adoro, Spiritu ebrius vatis.
Divina vertas lumina ad meam vitam.
Iterq; ſurſum viq; ſortis effrænæ
Raptum deorſum dirigas tuo nutu,

Febris

Febris juventa flammeos quatit motus
Pugnatus animi. cum Cupidine agnatô
Pugnanda pugna eſt fortis atq; diuturna.
Sacro-ſancta clypeum ni fides gerat noſtrum
Penitus timorem liberans ſacro pectus
Præda Impiorum Dæmonum exſulet dudum
Recto juventa tramite, & feri Martis
Quaſſata fulmine, inter arma liqueſcat.
Tibi cœlo aperto facile fulmen ignitum
Ludibriorum ſpargere in luem tetram,
O Gratia alma, mentis igneæ vatem
Igni tuêre. Frigus horridum ne quid
Noceat calenti; Torpor aſtra corrumpat.
Da ſupplicanti quod ſoles dare ſpontè
Regina rerum, Gratia, & Deûm diva.

CARMEN XXII.

CItivola mea domina, ô anima
Properivola, vaga ſine ſonitu,
Abit, aqua velut fluida fluvij,
Pede querula via citigradulo
Mea; domus ea colubra erit atra
Cui modo Roſa faciem habet, Amor
Cui modo favet & anima Charitum
Roſa velut obit, ita obit homo, nec
Loca pote repetere ſua prius.
Ideo anima mea domina, vide
Vti domus ea benè vigilet, &
Bona faciat opera pia, alacris.
Ego quoq; precor, ego peto, Deus
Valida tua opera juvet alacrem,
Ego nihil habeo niſi dederit

Deus;

Deus; humigena, policola, Dei
Hominiſata niſi mihi ſoboles
Dederit, ego refero ſua Deo.
Anima mea domina, age, vigila,
Deiſata faveat uti ſoboles.
Vti vigeat anima mea Deo.
Ego morior, anima mea manet.
Cape Deus eam ubi ego nihil ero.

XXIII.
Hymnus ad Angelos.

QValis in ſummi domibus Tonantis
Aliger cœtus, nivei miniſtri,
Dicitis carmen, properate noſtro al-
ludere cantui.
Aetheris puri ſoboles pudica
Flammei cœtus niveorum Amorum,
In tuas laudeis agili venito
Numine præſens
Sancta vis cœli Iuvenum, JEHOVÆ
Fulgidis exercitus acer armis
Quem timent longe Stygij tyranni ex-
amine denſo.
Cum per immenſum ſpecioſa Regis,
Iuſſa portatis celeres Olympum
Verminant Livore nigræ Catervæ in
Gurgite pullo.
Veſter, inſignis tunica nitente,
Gabriel dux, enſifer, hinc & inde
Vibrat igniti gladij furorem haud
Deſide dextrâ.

Vos Deum coram canitis, lyraſq;
Pollice immortali Opera addocetis
Regis immenſi fidibus ſonoris
Reddere voci.
O cohors prætoria Numinis, cui
Aetheris Pallatia credita, & jus
Arma in orbem omnē Domini expedire
Alite paſſu.
Hanc diem veſtræ, Iuvenes, cohorti
Militans Eccleſia conſecravit,
Non uti divo meritos honore
Prorſus adoret.
Sed Deum ut, veſtrorum operum magiſtrum
Voce vobiſcum reſonante laudet,
Gentis humanæ quibus eſt tuendæ
Tradita Cura.
Hujus in Matris Gremio, meorum
Carminum vos tangat honos, Amorum
Flammei cætus niveorum, Olympi
Sidera pura.
Olim ego veſtris ſocius Choreis
Carmina inſtaurabo Deo futura
Grata, nunc blæſo juvet accinentem
Ferre ſuſurro.

XXIV.

Ad Dominum Jeſum.

INter externos male tutus hoſteis,
Civicaſq; ipſi mihi perduellis
Inferens pugnas, tua ſigna. JESU
Miles adoro.

Ecca magnorum ſoboles Tyrannûm
Copias contrà ſtatuit tremendas;
Quid tuum in damnum furis, ô cruento
Transfuga belli?
Siſte pugnaceis animos, levisq́;
Contrahat jam teſſera promicantis
Spiculum ferri. Satis exterorum eſt,
Parce tibi hoſtis.
At quid infelix homo? in otioſos
Inſilit queſtus, vitysq́; denſis
Labilem oppugnat vim Animi inquieti
A latere omni.
Chriſte, amicorum modo deſtitutus
Omnium, excepto neq́; me quidem ipſo;
Oro, contra me mihi ſuffice Alma
Robora mentis.
Sit quies nobis taciturna praſtò,
Nil velim, aut ſperem, timeam, ambiamve,
Ni quod in veſtrum latus adnotarunt
Vulnera quinq́;?

CARMEN XXV.

In Exſequias.

LEx horrida ſi jubet omneis,
Gemitum dare ſorte ſub una,
Fungendaq́; Funera nobis
In fratrum morte dolere.
Age, qui præceſſit, amico
Lacrymas invergite cuncti,
Dumq́; exportatur, euntem
Greſſu ſtipate dolenti.

Quod

Quod nos ſumus hic fuit olim,
Quod nunc eſt hic, erimus nos.
Hæc eſt ſine lege vianda
Via natis omnibus una.
Cum morte paciſcitur hora
Sobole exonerans loca matris,
Nemo hactenus exſtitit, ingens
Quem non via vicerit Orci.
At, quod deflebile longùm eſt,
Incerta eſt hora abeundi,
Momentis omnibus inſtat
Semel eſt quodcunq; futurum.
Quid inani ſpe tibi longos
Proponis, ineptior, annos,
Anni quota portio? momen
Hominem pote tollere terrâ.
At noſtri pars bona cenſûs
Velut immortalis, Amorem
Longis, vitæ, imputat annis,
Seq; obliviſcitur omnem.
Præſertim picta juventus,
Obitum exſecratur amarum,
Atq; inter pocula, Mortis
Secura pericula temnit.
Huc huc properate, feretro
Clamat defunctus ab iſto,
Sequitur mortem effera vita,
Nullum excipit hora necando.
Mortalis, mortuus, uno
Diſtant ſibi nomine: Nomen
Confundit Barbara lethi
Vis, indoctiſſima Vitæ.

Sic vivite, nunc-mortales
Cras-mortui; ut omnis in una
Maneat meditatio morte,
Vos tangat ut illa paratos.
Quid nunc vixiſſe juvat me?
Cinis, umbra Volatilis, Aura,
Sopor, & Sonus, & Fuga Fumi,
Mecum mea Vita ſepulta eſt.
Sic plangite, turba ſuperſtes,
Vt vos ſubeant mea facta,
Non tangunt carmina mœſta
Me, veſtra incommoda tangant.
Quod ſi hoc mea tempora ferrent
Veſtros ego plangere haberem,
Non vos mœrente doloreis
Noſtros ſleretis ocello.
Quid enim, rogo, Maxima vita eſt
Niſi vis longiſſima flendi?
Lacrymis propellitur undâ
Lacrymarum, perpete rivo.
Vitæ ſpacium intereat, ſi
Numerare vocabula cuncta
Inſiſtat Cura Dolorum
Queis quotidie intereundum eſt.
Qui noſtra ſuperſtite planctu
Decoratis funera, functi
Quondam, quid habebitis, oro
Niſi flere diutius, ultra?
Componite, quiſq; domi, ſe.
Mœſtis plangendus amicis.
Felicior ille manente eſt,
Qui primus ad æthera tendit,

Huc

Huc eſt via facta cruore
IESU, ſanctiſsimus ille eſt,
Velut ad nova munia vitæ
Qui currit ad Orgia lethi.

XXVI.

BOne Dee, Pater, ego
Dico mea tibi mala,
Poliraga manus ope
Levet ea medicifera.
Memoria ſinit ea
Recolere gravivida,
Bona tua Charis agit
Animulam, uti mihi
Penitus hilaricanat.
Meritus ego gravia,
Furia mihi animulam
Facigera quatit; abit
Color, Erebus hiat os
Voret uti meum animum.
Trahere, rapere, agere
Sino mea bona homines.
Nova bona dabit Herus
Anima mihi valeat
Modò, pede vaga cito
Obeat Opum Opis. Abi
Mora, pete, rape, quate
Tua facinora, mihi
Facere nihil habeas.
Ovis, uti, Vitulus, Equus
Tener, odia fugiunt
Lupi, ita tenera Anima

Maliſera fugit Cpera
Opum, hominibus onera.
Sape bone Anime bonum
Deum, is erit uti tibi
Canit, honor & opū anima.
Plagia celebris habet
Nocua Latro, cupit ijs
Capere catus homines.
Ibi religio vaga,
Ibi latet Amor opum,
Ibi malè perit Honor,
Ibi Venus. ibi puer
Veneris, ibi domina
Lepiditumida Charis.
Ibi Chorea latitat
Vbi adierit homo, perit.
Fugere loca timida
Male ſinit homo hominem.
Viridia nemora habent
Strepit ibi aqua liquidum
Vbi plagia poſita.
Cor alacre juvenem hilarē in
Ea loca rapere habet.
Vbi bibat, ubi cubet
Vbi benè ſibi putet
Fieri, & ad oculum; at, ah,
Mora brevè perierit,
Latro rapit in Opica
Loca Veneribibulum
Charit epuli ſe quulum
Puerum, inibi malè perit.
Habilis, age, Anima, boni

Fuca loca gravida malis.
Dea fieri, & Aquila
Pote Deifera, tibi
Dare ſacra jacula vole
Iovis, ea tonitrua
Vocat homo: tu ea geres.
Tibi nigra famula gens
Erebi erit, hilari pede
Capita tremula quaties.
Modo face mera fides:
Tuam ut animulam habeat,
Calida, gelida, tepida,
Gravia, levia, placida
Facilia, rigida, cata
Stupida, hebetia, mala
Superat ea ſimitu.
Arietem uti Leo, vel
Celerifuga Zephyri
Pede gracile ſuboles.
Bone Dee, meam animam
Tibi cape, tibi ſacram.
Rape macula nigra ne
Capiat, ut homo capi
Solet. Ego ſacer Hero
Fugio tenebram epicam,
Nitidivida animula.
Placida, bona, pia, ſapiens.

XXVII.

Feſto aſcentis Chriſti
Hymnus.

IEſſæa virgo protulit
Mundi cadentis vindicem.

Aenigmate hocce prætulit
Propheta cantans termitem.
Hic ille termes nobilis
Sperare quem Patres jubent,
Hunc virgo monſtrat nubilis
Intacta, quod Cœli ſtupent.
Ventris pudici januæ
Spem gentibus dedit novam,
Sperata ſeclis Gaudia
Vitam ordiuntur cœlicam.
Ades ſuprema Gloria
Humanitatis perdita
Serva, benigna, vincula
A morte mentis horrida.
Prodi beata Gratia
Laſſata redde ſecula,
Abjecta dele crimina,
Monſtra ſuperna gaudia.
Ne victa carne debili,
Errore patrum ignobili
Mens ſorte cæca flebili
Pereat nece indelebili.
Nativitatis inclutæ
Memoria vitæ perditæ
Emendet acta triſtia
Agenda formet Optima.
Intacta ceu matris domus
Dedit ſuum Auctorem ſibi
Sic mens renaſcens initùs
In morte ſe reddat tibi.
Ubi hoſtis impijſſimus
Pugnans feris adfectibus,

Caroq;

Caroq; trux medullitùs
Lacerabit atris ignibus.
Intacta mens effloreat
Pœnis ſuis potentior
Honore candido ardeat
Sævo furore fortior.
Hic ille ſanctus eſt dies
Chorea quem plaudit poli,
Sol ipſe lætus centies
Exſultat, irridens doli.
Sævis conatus anguibus
In nocte ſerpens pallida
Fraudes ſuas doloribus
Compenſat, arte callida.
Iacet jacere nos volens
Chriſtus Tropæa ſurrigit,
Naſcendo mortem deprimit
Secum renaſci nos jubens.
O Alma Chriſti Gratia
Verax Salutis janua,
Antiqua quam monſtrat via
Calcata caſtis orbita.
Termes beate Gloriæ,
Fons expolite Gratiæ,
Vitaq; Flumen nobile
Miſeros precanteis reſpice.
Nos acta terrent turpia,
Fœda, inquinata, immania,
Queis carnis atræ vincula
Animæ morantur gaudia.
Intacte Flos nitens Puer,
Homo, Deusq; Legifer

Ades, tuis ſalutifer
Vt anguis intereat niger.
Beata clauſtra candidi
Exire ventris adveni,
Intacta virgo maſculis
Virgo probatur Angelis.
Hoc accinente gaudium
Cæleſtium ſonat choro,
Per omnis orbis ambitum,
Fide, voce, ſaltu, nablio.
Ieſu Colamus nomina
Flectantur in Ieſu omnia
Genua ſuperna & infera,
Suprema ſimul & infima.
Peperit puella vindicem
Salutis amiſſæ Deum;
Ieſu dicamus ſupplicem
Fide, voce, nablio ſonum.
Ieſu beate conditor,
Aſſertor & reconditor,
Benedicta Patris Charitas,
Et Spiritûs Benignitas.
Vita recentis jubila
At regna ſerves cœlica,
Per cuncta mundi triſtia
Perenniviva ad gaudia.

XXVIII.

Hymnus, in glorioſam Reſurrectionem.

VExilla victi prodeunt
Serpentis, antiquum ſcelus

Chriſti

Chriſti nitentis eluunt,
Victoria & decor novus.
Adam ſepultus erigit
E nocte verticem vetus
Chriſtus tropæa ſurrigit
Sperata peccatoribus.
Morſu creata perſido
Mors orbis evicit genus
Letho necata vivido
Nex interit jam funditus.
O glorioſa Civitas
E morte ſurgentis Dei,
Hæc ſancta te feſtivitas
Præſignat, ardentem ſequi.
Crux glorioſa prodeat,
In morte vita floreat,
Redux ab inferis beat
Ieſus, ſcelus quos merſerat.
Hæc arbor illa vivida,
Cui ſempiterna Gratia
Rigat beata brachia
In ſeculum florentia.
Hinc Chriſtus expanſá manu
Vtraq; palanteis vocat,
Flexo hinc adoranteis genu
Haurire gaudium juvat.
Hæc præſtituta, ab inferis
Vitam reportavit locis,
Inſtar Tropæi nobilis
Erexit hanc Chriſtus ſuis.
Signum perennis Gloriæ
A morte, vinclis, carcere

Dedit redire liberè
Chriſtum ſecuturos fide.
Non ligni ea eſt potentia,
Pendentis eſt valentia
Pependit illic Gratia
Eam ſequuntur Gaudia.
Sol ipſe quem nova diem
Florere luce conſpicit
Salutat, & premit pedem
Suum inde curſum conficit.
Hic ille ſperatus dies
Tot appetitus ſeculis,
Per vota patrum, quos quies
Invidit iſtis Gaudijs.
Nos facta cuncta cernimus
Sperata pridem patribus.
O ter beatos quos fides
Iam certa cominus tenes!
In nube cœcâ Seminis
Promiſſio antiquis data
Claræ diei lucidis
Radijs videtur excita.
Non tot deinde ambagibus
Latebit alma veritas
Ambibit hanc fulgentibus
Alis ſerena claritas.
Sperata fidis patribus
Exhibita jam Nepotibus
Sacræ ſalutis eſt dies
Certas levans Vitæ faces.
E morte Chriſtus exijt.
Chriſtum ſequemur verticem,

Quæ

Quæ membra tumba contegit
E nocte ſurgent indidem.
Caput Salutis prævium
Monſtrat Beatæ præmium
Sequentur hoc membra omnium
Capiti ſuo credentium.
Quin pravitatis adſeclæ
Sonum evocantis ad tubæ
Linquent ſepulcra atrocium
Pœnas daturi criminum.
Hos in mala æterna extrahet
Neglecta Chriſti Gloria,
Vbi teter hoſtis vindicet
Calcata vitæ præmia.
Boni malorum calcibus,
Preſſi modo infidelibus
Surgent, Deo conſortibus
Fruituri in ævum honoribus.
Benedicta turba dexteræ
Meæ allocatæ, Oviculæ,
Adeſte, clamabit Deus,
Spebus frui fidelibus.
Hic ſempiterna gaudia
Coletis, orba planctibus
Vobis mea iſthæc gratia
Prædeſtinavit primitus.
Ante orbis alti mœnia
Et fuſa circum hæc æquora
Et Ambientia omnia
Cœli ſuprà volumina
Hæc deſtinata ſunt tibi,
Benedicta in arce cœliti.

Amiſſa fuſo ſanguine
Reparata caſtæ Ovicula.
Hæc agnus ille candidus
Eſt reſtituere mortuus,
Vt innocenti ſanguine
Placaret arma Gratiæ.
Speraſtis illa vos quia
Præcepimus quâ nos viâ
Inite ſancta gaudia
Semper rigente Gloriâ.
Hic nullus exſtat terminus
In amore Domini funditus
Vivetis, incenſi ignibus
Semper cum eo viventibus.
At ater hircorum, pigens
Ad alta grex, intelligens
Beata dicta, ſed gravi
Delirio ſpernens ſequi.
In ſempiterna tormina
Tuos ſequare principes,
Vt atra ſunt præcordia,
Atricoloris Dæmones.
Dum viſitantis dexteræ
Vocavit in lucem Favor
Ibatis illum temnere
Quà quemq; mandabat furor.
Exite nunc paludibus
Dicata turba ſulfuris,
Semper cremandi ab ignibus
Flammas rotantis fluminis.
Maledicta gens, hoſtis Dei
Ventris tui libidini

Addicta

Addicta præmonitis mei
Præconis, horum nuncij.
O jam reſurgens Gratia
Da cuncta delectamina
Mundi putare ludicra
Et peſſimè nocentia.
Solùm ſequi cœleſtia
Per mortis atræ limina,
Mors limen eſt vitæ, viæ
Lucis, ſalutis janua.

XXIX.

TIbi mea pater ego, Deo homulus
Mala volo brevibus, opere gravi
Pedibus, atra mala, mala gravia,
Dare medico, uti tu ea modo velis
Penitus in opica freta jacere
Memoria pereat ubi facinorum.
Mea facinora gravia, fateor,
Tua benevola, gravior animi
Charis, ut ego maneam, ut ea pereant.
Igitur abeo penitius ab ijs.
Tua venio ſacra colere volens.
Oculitus amo tua ſacra pia
Bona, Deifica, Bonifera opera,
Genitor homo me hominè ubi dedit, homo
Dedit hominem, is opera bona procul
Fugere catum, at atra benè docilem.
Volo bona facere? nequeo. Mala
Nevolo? facio, licet ea renuam.
Anima bona videt, at abit ab his.
Anima mala videt, at adit ea.

Venio

Venio tibi canere: Dee, precor,
Opera mala mihi male placeant,
Bona benè: Rogo te homulus ego Deum.
Tibi facile facere pius uti ego ſim.
Mea ſacere nequit id opis, ego
Fateor opera mea mala procul
Benefica rapere pretia, tamen
Benevola Charis habeat ea rata.
Rogo brevia brevibus ego pedibus
Dee bone, cave mala ſocietas
Mea brevia bona mihi rapiat.
Cave itiner ego ne obeam ad Erebi
Adita nigra. Loca policolà doce.
Amem uti Deum, odio habeam uti malũ
Mihi Ratio manet utraq; Deo
Prohibita mala, bona benè data.
Abeat igitur homo, ego ſapio Deum.
Dee bone, propitia tua facies
Mea ſacinora procul agat abhinc.
Mera Charis ea uti bona capiat
Licet ego mala fatear opera.

Casp. Barthi
LYRICORUM,
LIBER SECUNDUS.

Epitaphium Cæſaris Scaligeri.

OBire cum jam Cæſarem Poteſtateis
Cæleſtium, vidêre, motuum Vita,
Orbisq; nonus, Imperator Octoni,
Diei ſubivit ultimæ ſonus cunctas,
Stetitq; toto Harmonia debilis Cantu.
Animaq; metrorum, norma viva concentûs,
Rerum undiquaq; Rex Lepor Voluptatum,
Cœli Smaragdus, numerus ætheris quartus,
Mundi Pyropus, ala quâ volant ſenſus,
Philoſopha Siren, Plato; Medentium Phœbus.
Plus omnibus per omnia, omnia in ſe uno,
Lepidus, diſertus, igneo gravis plectro.
Sanctus, pudicus. Invidiq; Livoris
Inertiæq; peſtis. Aetheris pullus,
Virtutum alumnus, Fortitudinis nervus,
Sapientiæ Conſilium, Honos Honorum ingens.
Per omnia Deo ſimilior: hominem excedens,
Niſi occidiſſet par ſibi, Dei germen,
Hic eſt ſepultus ille JULIUS CÆSAR,
A cujus iſta, frigida licet, tumba,

Si mundus intereat hic, exeat Mundus.
Invidia vivi non tulit ſacros vultus,
Modo appetit trux cum Dijs quieſcentem.
Generoſus ille Genius è libris ſpirans
Contundit ora beſtiæ repugnantis.
Et Filius ſucceſſor arduæ Laudis
Calamo potente frangit impium aſſultum,
Perite cæci, quos venena livoris
Eluminare. JULIUS *viget* CÆSAR,
Aviq; Solis, cujus ordini curſum
Reſtituit ejus Filius, dies lucet.

II.

Impudentiæ Convicium.

SAnctæ quietis perduellis infelix,
Transverſa pectore exigens ſuo vota,
Mentis, deo prognata, ſemina inceſtans,
Ludibrijs devota terreæ Noctis,
Cæleſtibus relicta Senſuum denis,
Sata è profundâ ſtirpe noctis æternæ,
Dannifica regna in orbe diſtinens toto,
O prima mortis indoles. Ruinarum
Sollers, tacendo quamlibet, prophetiſſa,
Ceraſticrinis, Hydripes, Colubrina,
Sagittilinguis, Sibiliſona, Lucenteis
Criſtas venenis falſigemmeis vibrans,
Supinus unde cum furore deſorpto,
Inebriatur inſciens homo Mortis.
Tumore populans ſubdito virûm menteis.
O ſenſiſolva, crudicarnimanduca,
Medulliſorba, Virium igneum ſtuprum,
Errorig[illegible]trix, uniformis in tete

In

In exteris verſutior vafro Proteô,
Chamœleonte nata, Pulippi ſanguis,
Pavonicervix, Ibiroſtris, obſcœna,
Cucurrigalla, Ciconicrotala, monſtroſa,
Bubonicianga, Scæviſorticurpatrix,
Draconiſanguis, Cetiſquamis Harpya,
Excetricolla, Hydropiventris, inſana,
Cerita, Lunitacta, mente lymſata,
O Nominis quo te piaculo edicam
Superbiæ, Regina, ſuſtinens ſceptrum?
O Impudentiæ Coronam habens, Peſtis,
Animosq; mille deſides modis ſlammans
Auguſtitatis ſemita ut, Polos ducens,
Orbetur à frequentiá viatorum.
Pallens Erynnis, lampadem ignis obſcœni
Meridianis ingerens diei telis;
Obſcuritas ut diſtinens inæquaieis
Libidinantium obruat voluptateis.
Quoquò tuenteis exſecro aut tego vultus,
In orbe jam nil præter abſonum faſtum
Caduca vota detrahit via æterna.
Auriga currum, pro Superbia, loris
Scita æquitatis inſtruit triumſantem
Libido habendi. Livor excutit frænum,
Per ſpatia aperta quadrupes agit fervor.
Trux inſtat ambitus, inſciens bonos recti
Tranſverſa rapidis devorat rotis ſenſa.
E quatuor equis principem locum curat
Fax Impudentiæ. Omnia præq; animus
Habere ſusq; deq; docta vaſtatrix.
Pudoris orba, præcipe pede feſtinans;
Diſciſſa tunica membra nudat illota.

Late patente ſpirat è ſinu peſtis,
Auraque circa peſtilens calor flammat.
Mephitis atra ſpirat è ſinu effoſſo
Proculque caſtos abigit halitus teter.
Averna qualis ſtagna Luror incendens
Rapit volucrum, dum ſupervolant, pinnas.
Aut in Laconum quam profũdus infernas
Portas recedit, Tænari patens Lucus,
Aduſta bilis lumen aſperat vecors,
Audendũ ad omne capital oppidò promta;
Spernit teneri. Sic lupata contrivit.
Pede unco in ipſa fræna ſævijt dudum.
Præceps furoris. Omne quod ſcit, effutit.
Momenta neſcit temporum, inque rumores
Scelerata toxica alterius inſumit.
Suis Noverca, Fama nil bona eſt monſtro.
Reſcindit ultro ſi qua honeſta cognovit
Seritque in hujus impiam locum famam.
Vt tinea cartis paſcitur, quod inſcriptum,
Ignara legere eſt, devorat tamen vateis.
Sic impudentis lingua, carnifex pulcri,
Honeſtum & utile unius putat censûs.
Roditque quem nec cognitura rumorem eſt
Aliena rectè facta dum ſuum ſentit
Opprobrium; torrente provolat curſu,
Propiorque damno, commoda alteri exſcindit.
Hæc una Peſtilentia obfuit ſæpè
Regno univerſo, Conſilij ubi tenet limen.
Enim Vſus ex quo multa diſcere ignarus
Debet ſui, perſæpe ſervus exiſtit
Rudis, Impudentiæ Patronus & ſervus.
Hujusque ductione cum putat bellè

Lucro ſuopte, ſtrenuè laborare,
Mapalia mera ex arcibus facit magnis,
Nec os huic, ſed lingua, nulla frons monſtro eſt,
Rugire novit, flamma fauce deflagrat,
Attonita volvit impetu truci ſenſa,
Peſſumq; recidit, dum cavere contemnit.
Si quid pericla mentis ultima expoſcunt,
Iactator ipſe conſilia ſua effûgit.
Nec expedire, quod queunt, ſinit doctos,
Ipſe omnibus futurus omnia, inſanit
Abſentem in hoſtem, quemq; non videt, cadit.
Mentis nec hilum poßidens tumet bulla.
Et innatando fluctibus procul ſummis,
Neptunio imperare ſe putat regno.
Perit putando, non egena concidi.
Et ut colorem bulla reddit haud unum
Supernatando pelagus, apta diverſum;
Rubrumq; miſcet, viride temperat glauco,
Flavumq; marmor cærula fugit palla.
Et luteo mentita cærulam peplo
Notantis oculos fallit, impetu venti,
Manere neſcia in colore conſtanti.
Sibi hoſpes ipſa; nec ſciens, nec ignara,
Cujus feratur nominis, Poteſtatis,
Sed mutuata de rotatili caſu
Modo hoc modo illud tegmen improbi erroris.
Ritu hoc eodem ab impudentiâ mutat
Poſſeſſus, ora. nec colore quo conſtet
Curare ſatagit. Pallet, albicat, lucet,
Nigrore teter æſtuante torretur,
Bilem fatetur à colore ſubſlavo.
Nec ipſe quid ſit, quei ſit, impetrat ſcire,

Famam nec æſtimat, nihilq́; pro penſo
Aequore curat: Veritate mentitur,
Mendacioq; veritatibus ſervit.
Nolens volensq;: non enim pote utrumq́;
Manûs venenum cuncta tacta corradit,
Circe eſt bonorum, Nocte ſed ſata, haud Sole.
Ne vero eumſe quem tenet, tenet finem.
Sæpè etenim, ubi alijs ſe nocere confidit,
Quod ſibi nocivum eſt Impudentia expatrat,
Præcepsq; inegit, arietis velut molem.
Labante civitate, quam obſidet: Clades
Sua ipſa caſtra negligendo comburit.
Damnumq; cum confecit, oppetit facto.
Solatium crudele perditis linquens.
Quid cætera omnia dira carmine expandam?
Pudet Camœnas, virginalis integras
Deas Pudoris, ſanctum Apollinis cœtum,
Maculare dictis Impudentiæ obſcœnis.
Nam qui pudore ſpolia perdidit rapto
Parmamq; ſervat, caßidamq; fulgentem
Spoliatus ille nil minus mihi eſt toto.
Atam repoſcit, Carmen Entheum, Scala
Nec Impudentia hoc labore narretur
Vt digna dictu eſt, cum furoribus cunctis.

CARMEN III.
In Indicarum rerum Commentarios Joach. Prætorij.

NAtura, rerum prodiga diviti
Cornu bonarum, cœlat in intimis
Quamplurima antris, quæ labore
Fructifico eſt opus indipiſci.

Quæſita

Quæſita curis ingenij cati
Cuiq; genti ſepoſuit ſua
Munuſcla, quæ inquiri laborat
Omnibus utibilis futura.
Diſcerptum ita orbem munere plurimo
Conjungit in ſe, trans freta, trans juga,
Immittit in ſecreta mundi
Pervigileis oculos hemonum.
Sic quando tellus omnia in omnibus
Producere oris abnegat, it ratis
Zonamq; rimatur calentem
Frigoribus medicata privis.
Humore ſiccum temperat uvido,
Igniq; frigus nobile, lucidum
A nocte ſuffusâ coercet,
Quod ſupereſt diribens utriq;.
Europa Mundi quod domina invidet
Suo colono, mittit ab Indiâ
Ganges ſequeſter. Punicoq; ex
Orbe vehit agilis carina.
Catena nexu præſtat amabili
Vtriq; parti, quod ſuper & deeſt,
Seu frigidam intendas, calenti
Sive refrigerium propines.
Sic conjugali Mundus ineſt manu
Vbiq; totus, nilq; ſibi invidet,
Quodcunq; dat natura parti
Omnis id ingenio potitur.
O, ultra nanciis ſpes hominem ferens,
Aeterna Mentis Gloria, ſic juvat
Quod publicum eſt rimari, & altum
Vtilitate premi laborem.

At dura multum eſt machina perfides
Niti per aſtus; per pelagi minas
Torquere puppim, nec furoreis
Aeoliæ timuiſſe bilis.
Quid quod viarum tuta etiam, fides
Subleſta vexat? ſæpe ſodalibus
Peremtus à nigris laborem
Deſeruit medium viator.
Cœli ſereni mobilior fides
Humana, ponti Spe truculentior,
Ventoq; & infidâ eſt arenâ,
Hæret in hac, mare qui ſubegit.
Vidit laboreis hac hominum cruce
Proles Minervæ, Prætor, Apollinis
Conſultus, erranteis teneri:
Hoc ego conſiciam tibi, inquit,
Humana pubes, prodigium, Hercules:
Præſtò eſt papiris India pauculis;
Miratur hunc Saturnus, atq;
Suſtinet aviporum draconem.
Stupet ruentis Temporis impetus;
Nil tale, clamat Poſteritas, adhuc
Sperare feſtino volat
Secligenæ potui quadriga!
Quid celſa Zonis atria ſiderum
Hinc diſtinebo? Iuppiter ad Deos
Dixit; Dÿ mirantur omnes,
Ingenÿ Herculei laborem.
Conſulte rerum PRÆTOR, *in Indicas*
Natura Gazas te dare jus jubet,
Cum faſce ſeno præſidere
Nactum eboris nitidi tribunal.

Edicta

Edicta Chartis indita vividis
Seclis Nepotum ſcripta canent tua,
Nomenq́; cedrinâ in tabellâ
Fama Deûm ſacrat in cohortem.
Nunc, ecce, functi gaudia percipis.
Alesq́; rumor per ſpacia ætheris,
Prætoris excelſi labores
Ingerit æthereos in orbeis.
Iuxta puellis Fama canentibus
Cyclum venuſto ſic repetit pede,
Vt Gratiæ in ſaltu Diones
Perpetuas agitant choreas.
Tuam omne laudem ferre hominum genus
Humana ſuprâ encomia deputat
Neceſſe, ne ſit præmiorum
Orbus Honos benè promerendi.
Tu ſcande currus, Prætor, in igneos,
Auriga laus eſt. Gloria Equos domat,
Temone currenteis voluptas
Sancta rotas levat alta in aſtra.
In aſtra migra, Prætor, eum tibi
Honorem habebit virgo lubens, manu
Spicum propinabit; perenne.
Ingeniq́ documen vigentis.

CARMEN IV.

EVecta cœli flammeos per ambitus
Tibine, noſtra Mens, eris
Loco hoſpitis; rapace permeans pede
Memoriæ & ingenI alitis
Septem Triones inq́; generoſiſsimo
Aſtro domum tibi exſtruens?

Non eſt beata ſemina ſata origine
Compeſcere Terrarum ſinu.
Divina quin, ſe conſecuta, nubila
Erumpat infandi ſitûs
Et alta magno proxima adſiſtat Iovi
Mens, unde venit hoſpita.
Valete Terra tuq; quicquid infra abis
Lunæ laboreis debilis.
Ave ſupremum, plaga cœleſtis modo
Sacrum occupavit Barthium.
Quietis unde non penetrandæ ſtupor
Vincit ſerena pectora.
Interminoq; ſancta ſomno prodita
Oblivio, turbæ impotens.
Nulla hinc movere commovebit, quamlibet
Audita, Tempeſtas, procul.
Et claſſicorum torva mugiens canor
Inante limen prælij.
Tubæ ferocis, Tympaniq; fervidi
Spernatur impotentia.
Vti tumentis, aure telluri obdita
Seps murmura irridet ſagæ.
Vti per æquor, fraude Seirenum invium.
Navit ſagax Vlyſſeus.
Illæſa præſtat navium veſtigia
Sola voluptate obrûta
Sancti ſtuporis invidendo nubilo
Acutus & ſimplex ſimul.
Nos & Timoris Impotentiam procul
Animi quiete ſpernimus.

Carmen V.

In librum Satyricum, Pantagruel. Ex Gallico Germanum.

Iraſcitur, ſi vitia vulgo exercita,
Audire vulgò cogitur, quiſquis viam
Rectâ ſiniſtram colere contemtâ inſtitit.
Bilisq; cruda, niſi nitentibus logis
Eſt involuta, non ſalubrior mala eſt.
Exoſa quare cum Catonibus ſuis
Eſt nuda Virtus, dum docet nudum bonum.
Alget, nec ultra nomen auditur catax.
Vitiorum, in omni genere, nulla promtior
Ars delicatis imperavit ſenſibus
Quam quæ Lepore cepit ingenteis viros.
Sic ipſa virtus, niſi Lepore & Gratijs
Condita, raro mentis emendat mala.
Quid vetat inani mimico ſimulamine
Sua fœda facta volgo inani exponere
Ridenda primum, inde exſecranda? ſed levi
Lepore Muſa id impetravit nobilis
Quod vultuoſi non queunt mores palam
Admiſſus iſto more Flaccus, intima
Irrepit animi clauſtra, virus exigit
Ridenti amico. Pantagrueli ſic ſalax
Calamus vocabulo involat mores malos,
Notatur iſtic quicquid extremis modis
Bacchatur hodie ſceleris orbe in maximo.
Adire vitijs ſic juvat Sillos manum.
Pereunt legendo, cumq; Gratijs ſimul
Medicina ducta eſt. Tale nil Graijs, Venus,
Nihil Latinis antea indulſit potens

Suadela morum. Mimicum nomen libri
A fronte dele, Mundus hunc vivit librum.

CARMEN VI.

Manibus Eliæ PutſchI.

SAcer profundi nate cœli ades, anime,
Olim vigentis, Aura, Vita, Putſchij.
Te Barthij generoſa Pietas, quamlibet
Ignota vivo, mortuis nunc additum,
Precatur, adſis; & fluentium genis
Vndam uberantem fletuum, videas favens.
His ſe ille veſtris dedicat, ſe perpetem
Vſuq; mancupioq; manibus ſacrum.
Non ulla læta, quamlibet lætiſſimè,
Et fletuum futura pauſa, lacrymis
Siccabit oculos, more qui fluvij modo
Per antra cordis mentis obruunt ſinus.
Certum atq; fixum eſt Barthio; certum dein
Eſt obſtinato, nil cibi nil poculi
Vltrà fruiſci: Salſus humor uberi
Manans liquore cibus ei atq; poculum eſt.
Quod ſi ille non futurus uſpiam, ſedet
Inter libellos, cura quæ vivo unica eſt,
Mortem moriri; non ſolent vulgariter
Quam nunc; ſed hercle eamſe, quam Biblis ſoror
Olim impudica, fratre amato ſaucia.
Et quoi pudico fata denegent mihi
Quod impudica Biblis impretaverit?
Non illa Caunum inceſta dilexit magis
Quam caſtus ipſe Putſchium diligo meum.
Charum ſodalem animitùs, inviſum licet.

CARMEN VII.

In Eumdem Nænia.

AH me! quid Fama, novelli
Portas mæſtiſſima luctus!
Ille ille, tui unicus ardor
Ardoris, amabilis ardor,
Te, te, narrante, ſuperbum
Flexit caput, æmula LipsI
In mortem lumina claudens!
Ah flos pulcerrime rerum,
Vt prato primus in amplo
Vaga graminis ille ſuperſtat
Vento nutantia colla.
Sic tu, flos prime, vigebas
Regnans florente juventâ.
Sic, ſic, temeratus obis nunc
Bovis ut florem ungula prato
Iuſſit procumbere flexum.
Quis nunc, heu, quis, decore alto,
Regnum per prata tenebit
Aeterno comtà nitore
Flos, immortale minatus?
Te nunc obeunte, protervi
Rumpunt dumeta juvenci,
Nec paſtor ijs prohibendus,
Nec ſufficit alma Salus, nec
Cum Muſis, Cantor Apollo.
Ah ah comtiſſime, quo non
Formoſior alter habebat
Famæ prædivitis hortos.
Vt poſthac quiſquam ita bardus
Velit eſſe, ut floris in ipſo

Sit principio moriendum,
Et habere nitentia florum
Tam durâ conditione.
Regna, ah brevia, atq; incerta?
Quin, gens humana, tenebris
Damnate ſuperſtitioſis,
Nec quiſquam poſt velit alto
Caput altum opponere cœlo!
Nil fidum in rebus honoris,
Ludibria ſunt necis omneis.
Quam cum jubet ægra lubido.
Medijs Iuvenem eximit actis!
Hæc ſcilicet illa laborum
Nocturnorum atq; diurnorum
Hæc ſunt ea præmia quæ Mens
Spreta petit eſſera vita,
Per dura per aſpera quorum
Nos Gratia raptat, & inter
Vivos vult ſæpe moriri.
Quid hunc formoſa Dione,
Quid Gratia pulcra, Lepôres,
Famaq; juvat cita flamma?
Notus licet omni Europæ,
Probitate & acumine Mentis,
Et vivo flore loquendi,
Et Moribus Ingenium ornans.
Nunc pulvis & umbra, feretri
Preſſit implacabilis arma.
Quem mox gremio genitrici
Tellus capietq; dabitq;
Putrentem vermibus eſcam.
Nil pertinet hinc boni ad iſtum

Quod

Quod vita ſenſit in iſta,
Nil Laus nil Gloria, Pallor
Premit omnia luridus, & ſic
Exſenſa in nocte relinquit.
Puriſſima flamma, Deorum
Cognata Caloribus almis;
Mens, deſerit invia longum
Vitæ monumenta prioris.
Nec corpus flebile terræ
Rurſum concedere ſentit,
Nec quæ patravit in illo
Sint candida, ſint nigra, nôvit.
Illi ſua ſunt loca pridem
A principe condita rerum
Illuc volat, æthere toto
Nuſquam dignata manere.
Vigilis Mendacia ſomni,
Lux cæca, albæq; tenebræ,
Splendens nigredo, dolorq;
Suavis, malè dulcis Amaror,
Vitalis mors, rabioſa
Sano cura addita cordi,
Sol obſcurabilis, & Nox
Nitidiſſima. ſenſibus altis,
Conſtans Levitas, Gravitasq;
Leviſſima; mentis ineptæ
Sapientia, Fama rebellis
Quei non mortalia ludis
Tibi confidentia corda!
Satis eſt, homo inepte, Laborum
In te tibi, cur alienos
Sermones, ſtulte, moraris?

Nihil horum pertinet ad te
Cum de te ſplendida Minos
Dedit arbitria, Exſul honoris
In pulvere corpus amico
Putiſcere volt exſenſum.
Animæ fuit hoc domus olim
Inſtant cita tempora, cum lex
Rumpet ſibi facta ſepulcra,
Aeterno ſancta creanti.
Prodibit, ut antra ſubivit
Corpus habitabile menti.
Solum ingratiſſima Mortis
Hoc deſeret, agmine multo
Morbos molita, Poteſtas.
Huic Curæ nobilis annos
Debet ſacrare juventus.
Vanum eſt hæreſcere rebus
Quas noris mox perituras,
Cum ys moriturus & ipſe.
Sed tu, ſanctiſſime quondam
Flos, immortalia Mentis
Exercens in vaga Iura
Heic Corporis, ut ſuper illic
Vitÿs quoq; vivere poſſes.
Flos, ô ſanctiſſime, ſalve.
Supremum hoc carmine macte
Florum flos die, valeto.
Nos, turba ſuperſtes, amori
Damus hæc lamenta, ſereno.
Reliquum eſt; veſtigia noſtris
Sequimur tua, nec cita noſſe
Nec ſint ea tarda, potenteis.

Sed

Sed vivimus ut morituri,
Vt victuri moriemur.
Sic ignorantibus exit,
Vita incertiſsimus ordo.
Tumulum tibi flore quotannis
Beneolenti ornabimus, & te
Puerili voce canemus.
Vt præmia nobilis umbræ
Viventum quiſq; ſecutus.
Tua per veſtigia ſurſum
Virtutis tramite currat.
Labor eſt brevis, alma Corona
Aeterna in ſecula vita.
Vita eſt hæc pulvis & umbra,
Venti ſonus, unda redundans.
Hæc ſcribo hodie mihi forſan
Scribet cras talia, ſi cui
Cura mea cura, Poeta, eſt,

CARMEN VIII.
Ad animam Patrui.

ANimula ſacra, nitida, teneræ
Patrua mihi, genita ſine nece.
Properiter ades; ita tibi mela
Gravia lacrymula mea renovat.
Ita modifica recina brevia
Iubet ut Amor, ut animus, ut eum
Deus. Animula nitida ubi Honor
Reperiet? age propitia mihi ades.
Loca ſacra, Chorea ubi Seraphica
Cherubin ubi, Gabriel & Vriel,

Dynamis

Dynamis ubi reliqua policolum,
Vbi Deus, ubi Iehovah, ubi ter
Lyra ſonat habile melos ad eum.
Patruane animula viget ibi, vos
Vbi canitis? ah ego hilariter
Video canere eam, ego lyram ebore
Video nitidam, Abrahamica gremia
Spicio: teneo ea; animula, io io:
Tibi benè mihi malè fugis, abes,
Sed ego veniam ubi tu es, ubi ego ſum
Animula nitida, tibi ſatius
Fugere loca nigra, loca tumida:
O ego properiter, ô ego quoq;
Cupio fugere; aderit ubi dies,
Stata trahere pigra mea, at avida,
Pretia animi; ego ea fugere volo
Gracilima bona facere, mala ſed
Repetere ſolita memoriter. Id
Doleo quidem ego, doleo animitus,
Luere vitia mea niſi Deus
Patibula gravia vetet obiens.
At ô animula patrua, patria
Mihi; domus hilarior obiit ea
Feretra, ubi pluvia colitur ubi urbs,
Pluvida valide, ut in opica freta
Tumidivola quatit onera mare.
Anima io: Oculitus utiq; tibi
Prece cupio comite, ſocioli
Vice, policola loca capere, ſed
Puerulus is, is homulus, is Amor
Merus, humigena Deus is ait:
Patruus abeat, at ego volo Nepos

Maneat: cum ego ubi voco veniat
Ferat is onera prius humiolum;
Igitur ô anima patrua, pia
Bona, nitida, vegeta, ſine nece,
Agilis, hilaris, Amor hominum, Amor
Dei, jo animula ſacra, bona, proba,
Vale, & apud opera Dei age dea.
Timida mea ſequitur anima tuam
Vbi propitia voluerit Hera,
Vale animula ſacra, pia, nitida.

CARMEN IX.

Wilhelme Botmar: ſanguinis incluti
Heroa proles. queis animum tibi
Succendier dicam favillis
Spirituum generoſiorum?
Heic acta ſuprà vulgus, & ordines
Vexère nomen Nobilium tuum,
Moresq; culti, & litterarum
Mens animi bene paſta ſucco.
Nunc cum remotis Gallia, & Italum
Vrbes venuſtæ te rapiant jugis,
Qui nil colenti denegarint
Fauſtum iter, ſuperi, ſecundent.
Vt mente tecum ſis placida domi,
Semper, ſuperbis corpore moribus
Superbus interſis ſodalis,
Francigenæ atq; Italæ catervæ.

CARMEN X.

PVella chari qualis ubi extulit
Lugubre funus: nuper Amoribus

Imbuta

Imbuta primis, nec juvenco
Nocte niſi malè nota primâ,
Spernit canentum carmina, frivola
Solationis deſpuit ambitum,
Hærente telo ſcilicet ſub
Corde nimis, nimis ah, profundè.
Diſceſſu amici talis ego Optimi
Et Maximi, Muſæa procul, procul
Adſpernor amens arma, vulnus
Ah nimium hoc, nimium, alte adactum eſt.
Illuc abivit mens mea, Corporis
Lethalis antrum Torpor obambulat.
In nocte lux horrens profunda
Claram oculorum aciem refutat.
Iam jam tenebroſum caput obruit
Obſcura nubes. Styxq; pedem alluit,
Valete cætus, qui ſupernis
Incolitis loca nota divis.

CARMEN XI.
Ad Cl. Plumium.

IGnava lenti ſanguinis indoles
Affixa torpet ſegnitie domo;
Suiq; tormentum teporis
Exanimi ſedet in ſepulcro.
Non entheata prodiga mens rota
Se continebit torpido in ambitu,
Sed rapta per mundum profundum
Sidereos imitatur orbeis.
Sic, Plumiorum gloria, Claudius
Dani propages ſanguinis inclyta

Non

Non patriæ eſt ambone captus;
Teutoniæ venit hoſpes oris.
Hunc ipſa toto vix gremio capit
Germana tellus; quoi ſupereſt, gradu
Metitus ardenti jacentem,
Vlterius meditatur ire.
Et fauſtiter, quod cœptum iter eſt ſemel,
Claudi, voventi ſi qua fides, ages,
Et inde te ſalvum & valentem
In patriæ juga chara ſiſtes.
Hoc opto mentis de penitæ ſinu
Hoc indipiſci me quoq; convenit
Cupita; quo candore votum eſt
Hoc tibi, amicitiá fideli.

CARMEN XII.

Ad Nicium.

AMate cunctos antè ſodalium
Dum fors ſinebat, dum ſuperûm favor.
O magna noſtri pectoris pars,
Indocilis ſine me vivere.
Quid rerum agentem dicere te ordiar?
Cum patriæ nunc redditus, integrum
Quinquennium ſarcire tendas
Luminibus placidis tuorum?
An Entheato concitus impetu
Juris ſepultos eruis ambitus?
Totusve ſecedis tibi ipſe,
Immemor ante tuorum amicum?
An virginaleis comtus amas choros,
Pudica vibrans brachia, tortilis
Circator amplexus, fugisq́;
Et ſimulas, cupidus redire?

Salve ſupremum Nici, amor unice
Barthi nitentis. Quicquid ages deim
Salve ſupremùm, me vacivum
Otia deſtituunt labore.

CARMEN XIII.

In quendam Stoicum.

DIj magni, horribilem rem & impudicam!
Quidam Stoicus, omnium Catonum
Severiſsimus impÿſsimusq́;,
Quo ſaxoſior ipſe non fuiſſe
Sectæ creditur auctor impotentis.
Adfectûum ſacer omnium triumfus.
Quicquid de veteri Priapus olim
Fago fortuitò dolatus, atq́;
Laſcivum latus æger expatrando
Furum ſcilicet improbûm cecidit.
Id omne iſte ferox ſimul voravit,
Concoxitq́; adeo minuta præter
Quadam quiſquiliarum, inaniarum,
Vnde eſt facta tot optimis Poetis
Commentatio, quæ modo Priapum
Non ſinit cupidum loqui eruditè.
Sed vulgum ſimul, ordinesq́; cunctos,
Volt comprendere Coleos apertos.
Quin ipſum, uſqueadeò improbum, Priapum,
Tam fecit tenuem atq́; diffututum,
Vt jam, qui indice iter ſolebat illo,
Nunc hoc indice quæritet Priapum.
Et ſit terribilis minator ille
Vicinis jocus omnibus, nihilq́;
Pomorum domino hortulus reſervet:
Dij magni horribilem rem, & impudicam!

CAR-

CARMEN XIV.

In nuptias amici.

SCitum eſt eum Poetis
Moreni eſſe, fuco ut albo
Quæ nigra ſunt, colorent.
Et tortili rotundos
Affingere ore ſenſus
In querquerum omne poſſint.
Quid his negocij ſit,
Pudice amice, tecum?
Tu laudis à nitore
Ornatus albiore
Quam Luna, candicanti
E nube plena cernens
In Latmios ſoporeis,
Amabilis puelli.
Quid his negocij, inquam.
Tecum eſſe amice, poſſit?
Qui laudibus decoris
Ornatus es Senatús
Ampliſſimi favore.
Cum Iuris in palæſtrâ
Nactus ſacram Coronam es.
Nil heic loci Poetis:
Mendacibus Poetis,
Tu veriora vero
Laudum mereris orſa.
Proinde ſit fidelis
Scriptoris hocce munus.
Sed & è cohorte vatum
Quidam reperti, Amori
Operata Veritatis

Gens, Gratiæq́; trinæ,
Simitu, & piæ Dionæ.
Hi Nobileis Poetæ
Reapſe dictitentur
Sed pauciora paucis
Hæc nomina invenire eſt.
Plebes ſupina vatum,
Paraſiticaq́; larvæ
Vbiq; proſtat, & ſe
Nec ingerit rogatam.
Non Cœna, non Choreæ,
Quo non volare muſcæ
Erratileis cupiſcant.
Procul hi meis Camœnis
Procul exſulent Poetæ.
Ego ſanctione veræ
Munita Veritatis
Tibi pauca dicta fundam.
Non falſa, non polita,
Alibi ſonamus illa.
Nunc ſancta, nunc beata;
Qui nuptiarum in horto
Edenio, auctor audit
Tædas tuas ſecundet.
Foveatq; mactetq́ue
Felicitate ſummâ.
Venuſtiora multi
Tibi accinant Poetæ.
Beatiora nemo.

XV. Fabula ex Aphtonio.

AEſtate cum cicadæ
Florente cogitarent

Nil, ni canore tempus
Mulcere diſſonanti.
Formica triſte tergo
Onus ferebat antro
Hyemiq́; conſulebat.
Veniente ea, cicadæ
Egere, Cantilenis
Renuente ventre paſci.
Ad ultimum malorum
Sunt turpiter coactæ
Fame interire. Contra
Formica deliteſcens
Labore, cui ſerenis
Sudaverat diebus
Potuit malis fruiſci.
Sic cum juventa quotquam
Exſors laboris acta eſt,
Fames timenda ſeros
Sequitur ſenentem in annos.

XVI. Cygnus & anſer.

CYgnum anſeremq́; in unâ
Dis Corte nutriebat.
Hunc pingue præbiturum
Epulum: ſed illum amatum
Ob amabilem Canorem.
Feſta adſuere, quorum
Solemnibus manebat
Anſer necandus. Ergo
Id imperat culinæ
Herus. At cocus tenebris
Adgreſſus enecare
Ratus anſerem prehenſum

Digitized by Google

Cygnum trahebat, & jam
Cultro gulæ imminebat.
Olor ſed ante mortem,
Vicinam eam putans, de
More eleganter inſit
Modularier, Cocumq;
Erroris abſolutum
Dedit anſeris paratu.
Sic artium bonarum
Cultura ſæpe mortis
Præſentiam removit.

XVII. Milvi.

MIlvos ferunt, tenere
Quam nunc cygni putantur,
Dubiam dediſſe palmam
Scientiâ canendi.
At fortè cùm hinnientes
Equos inaudijſſent,
Cupidine occupatos
Mavortias ſuis cum
Mutare cantilenis:
Vbi eas labore multo
Sunt diſcere occupati.
Oblivione captos
Nativa vox reliquit.
Ita nunc nec hinniendi
Nec ſunt cati canendi.
Præſentium bonorum eſt
Profuſio, Libido
Alienum; id heic docemur.

XVIII. Cicada.

AVceps fritinnientem
Fortè audijt cicadam.
Et voce de canorâ
Molem æſtimans Poetæ,
N[illegible]agenlve.
Reliquum nihil Laboris,
Sibi fecit, ut teneret
Volucrem ſoni capacem
Ingentis. At Cicadam
Avicipulá prehendens.
Stolidos ſuos laboreis
Damnavit, abſq; ſenſu.
Qui magna ſæpe parvi
Pretij æſtimaret, atq;
Contrà, minuta magni.
Sic plurimos ſtrepentis
Alæ Canore magnos,
Eſt invenire, cordis
Quibus eſt datum nec hilum.

XIX. Leo.

LEo deperire cæpit
Virgunculam venuſtam.
Patrem procatus ergo est
Lapidemq; movit omnem
Poſſet potiri ut illâ.
At ille: virgo noſtra eſt
Formidoloſa valdè,
Nec conjuganda tali
Cum dentibus, minaci
Et unguibus marito
Proce generoſe, votum

Cygnum trahebat, & jam
Cultro gulæ imminebat.
Olor ſed ante mortem,
Vicinam eam putans, de
More eleganter inſit
Modularier, Cocumq;
Erroris abſolutum
Dedit anſeris paratu.
Sic artium bonarum
Cultura ſæpe mortis
Præſentiam removit.

XVII. Milvi.

MIlvos ferunt, tenere
Quam nunc cygni putantur,
Dubiam dediſſe palmam
Scientiâ canendi.
At fortè cùm hinnientes
Equos inaudiſſent,
Cupidine occupatos
Mavortias ſuis cum
Mutare cantilenis.
Vbi eas labore multo
Sunt diſcere occupati.
Oblivione captos
Nativa vox reliquit.
Ita nunc nec hinniendi
Nec ſunt cati canendi.
Præſentium bonorum eſt
Profuſio, Libido
Alienum; id heic docemur.

XVIII. Cicada.

AVceps fritinnientem
Fortè audijt cicadam.
Et voce de canorâ
Molem æſtimans Poetæ,
Nil artis, ingenive.
Reliquum nihil Laboris,
Sibi fecit, ut teneret
Volucrem ſoni capacem
Ingentis. At Cicadam
Aviciupulá prehendens.
Stolidos ſuos labores
Damnavit, abſq; ſenſu.
Qui magna ſæpe parvi
Pretij æſtimaret, atq;
Contrà, minuta magni.
Sic plurimos ſtrepentis
Alæ Canore magnos,
Eſt invenire, cordis
Quibus eſt datum nec hilum.

XIX. Leo.

LEo deperire cæpit
Virgunculam venuſtam.
Patrem procatus ergo eſt
Lapidemq; movit omnem
Poſſet potiri ut illa.
At ille: virgo noſtra eſt
Formidoloſa valdè,
Nec conjuganda tali
Cum dentibus, minaci
Et unguibus maruo
Proce generoſe, votum

Tuum ipſemet moraris.
Ergo ille id unum Amori
Obſtare perſuaſus;
Nihil moramur, inquit;
Deponit arma, tu illam
Sponden? Vir ut ſuperbum
Sine dente & ungulâ hoſtem
Adſtare conſpicatur.
Fuſtem illico trabalem
Nactus, dolare perſtat;
Donec miſerrimo omnis
Caderet lubido amandi.
Et agi benè exputaret
Secum, redire poſſet
Si ſemivivus indè.
Pede quò malo procatum
Veniſſet. Hoſti amorem,
Credens ſuum reportat
Hoc præmium procandi.

XX. Leo victus.

AEtate preſſus, antro
Exire non valebat,
Leo repperit doloſâ
Victum arte queî pararet.
Simulare cæpit ægrum;
Ut quæq; viſitatum
Venire beſtia, illam
Apprendere, & vorare.
Vulpecula ultima aulam
Acceſſerat; cubantem
Procul inſtitit rogare
Quei Clinicus valeret?

Ille:

Digitized by Google

ille; haud ſatis: ſed eccur
Propior venire nollet?
Sibi opus modo eſſe multâ
Vi ConſilI, catam illam.
Generoſe Rex, adirem,
Vulpecla cauta, reddit.
Veſtigia ad volentem
Suadent procul rogare.
Veſtigia omnia intro
Spectare, nulla retro
Notata: fraus doloſis
Plagiis licet tegatur.
Cavere novit omnem
Sapientiæ Obſequela.

XXI. Galli.

G*Alli domo ſub unâ*
Vigiles duo ſedebant.
Nec alteri alter umquam
Concedere, ergo demum
Res ad duellum adacta eſt.
Commiſſa viribus par
Ab utriaq; parte, pugna,
Sed ſors cruenta tamdem
Victoriam uni, at uni
Fugam dabat. Superbum
Victorem hic extimeſcens,
Sub lectulo jacebat
Cuſtodiente cortem.
At victor altâ tecta
Ala potente nactus,
Victoriam canebat,
Io, ſonans, triumfe.

At, forte ſic volente,
Carmen ſecuta longum
Aquila advolabat illuc,
Et obvium Poetam
Laudum ſuarum, uno ictu
Dejecit, atriumq;
Cruore pinxit, ille
Quo ſtraverat ſodalem.
Victoriam ſuperbo
Sibi qui canore partam
Iactat, perit canendo.

XXII. Hœdus.

CAprarius vagantem
Per avia inſecutus
Gregi ſtudebat hœdum
Compellere. at Petulcus
Hœdillus, haud minantem,
Non audijt vocantem,
Non fiſtulâ canentem.
Ergo ille ſaltitantem
Saxo ferire. Cornu
Forte alterum amputavit.
Ergo ejulare, & hœdum
Rogare, ne indicaret
Domino, ſuam eſſe culpam.
Ibi hœdus, ut ſilere
Vel maxime velim, nam
Stultiſſime, amputatum
Cornu obticere poſſit?
Ineptus ille, quiſquis
Manifeſta damna verbis
Tegere inſtitit, negando
Feciſſe conſitetur.

XXIII. Æthiops.

AEgyptium Choraulem
Quis emerat, ratusq́;
A negligente cura
Domini prioris, atrum
Traxiſſe eum Colorem.
Domum ergo ducere; intus
Lavare, comere atq́;
Tergere & expolire,
Nihil relinquere iſtic
Operæ & laboris, omnem
Lapidem movere, ut albam
Cutem Aethiops haberet.
Quid fit? nigram quidem ille
Pellem tenet, ſed æger
A lotione crebrâ eſt.
Natura quod dedit, qui
Volt alterare, credat
Aegyptium lavare.

XXIV. Aſinus & Lupus.

ASinus vians pedi altum
Impreſſerat rubum, illum
Nemo medentum habebat
Revellere ob tumorem.
Lupus ſpopondit, ægrum
Facturus, è vetuſta
Conjunctione, ſanum.
Vix ſpina erat revulſa
Cum fronte ſanum aſelli
Pedem increpare ſentit
Medicum, Lupus, profeſſus.
Sic gratiam rependit

Mali-

Malignitas, juvabis?
Tibi nocebis ipſi.

XXV. Aſinus pellitus Leone.

OLim incientem aſellum
Cupido concitarat
Similem Leoni haberi.
Hoc ſchemate audet illud.
Pellem induit Leonis,
In ruſticos laboreis
Mox irruit timendum.
Agebat & ferebat
Sata læta, nec ruentem
Audent adire contra.
Sed ille quà ingruebat
Fugiebat omne vulgus.
At forte ventus, illam
Leonis elevando,
Aſini patere fecit
Sciſſam cutem flagellis.
Ibi ruſticorum adorti
Vaſtiſſimi ferocem,
Ramalibus dolarunt
Ad ſanguinem uſq; craſſis.
Peregrina, non capaci,
Potentia hanc rependit,
Seſe ambienti, honorem.

XXVI. Cancer.

CAncrum, iuvenca mater,
Obliqua cum meantem
Vidèret, obſtupeſcens,
Quod, ait, mihi hoc eundi
Genus eſt, facete fili?

Reſpon-

Reſpondit ille: mater
Via vara ſi videtur
Quam nos modo ambulamus.
Præcede, quæſo, rectam,
Id auſa mater, ipſi
Fecit ſibi pudorem.
Facile eſt monere varos,
Ipſum ire ritè, virtus.

XXVII. Equus.

Hirpini erat Caballus
Soboles; juventa in acri
Palmas frequens curuleis
Nanctus. Gradivi ad oeſtrum
Princeps inire pugnas,
Excedere ultimò aptus.
Hunc jam ſenem cupido
Molendi habebat; ergo
Perrexit abdicare
Se bellico tumultu.
Operas locare cœpit
Molitori: Eum intuendo eſt
Aliquando ſic locutus.
Here me vides? ego ille
Olim ferocienti
Campum ungula erudito
Pulſare doctus ictu.
Ego undiq; auro obibam
Phaleris onuſtus, atq;
Frænis mero auro opertis,
At crure nunc ſupino
Rotam aridam voluto;
Molitor: cave horum ut unquam

Oblivione fœdâ
Capiaris; ô Caballe;
Fors, omnium imperatrix,
Humana novit aptè
Mutare, tu volantis
Nutum probare diſce.

XXVIII. Ciconia.

CIconia advenarum
Gruum comes volabat.
Gruibus quotannis agro
Pedicas ſtruebat illo
Gens ruſtica. hic obhæſit
Ciconia, atq; capta eſt.
Luitq; morte nequam
Sodalitatem acerba.
Latronum & in cohorte
Affixa poſte ſummo eſt.
Iure hanc ſubire Pœnam
Quam peßimi tulerunt,
Videtur aſſecla horum.
Licet innocens ſit ipſe.

XXIX. Tauri treis.

TRes paſcua una ſemper
Obire Tauri; in illos
Sæpe irruit Leo. Sed
Conjuncti eum fugarunt.
Poſt tempus, ille, vi quod
Nequijt, dolo eſt adeptus.
Ad ſingulos profectus
Vni alterum eſſe dixit
Odio, idq; clam: ſibi, hoſtem
Quem norit, indicaſſe

Vltrò

Vltrò alterum è juvencis.
Sed, addit, hoc Leoni
Sic Martio pudendum
Dolo ſubire turpi
Virtute quos nequiret.
Id credidêre tauri,
Odioq; turpi ab illo
Disjuncti Amore priſco
Iam ſinguli vagantur.
In ſingulos ſuperbus
Facit impetum Latro, atq;
Facilè voravit omnes.
Concordia eſt colenti
Præſens ſalus, potitum
Diſcordia omne frangit.

XXX. Camelus.

CErvum Camelus olim
Vbi fortè conſpicata eſt
In Cornua eſſe celſum.
Decrevit ipſe porrò
Quoq; cornua à ſupremo
Iovis impetrare nutu.
Deus ut petentem avare
Alij tributa ſenſit,
Atlantis ad Nepotem
Converſus: hunc avarum
Damnabis aurium, inquit,
Ad uſq; quid minutum.
Qui plura volt Dij quam
Dant, & data ante perdat.

FINIS.

Digitized by Google